1.

16. Mai 1170. Mengen. K. Friedrichs I. Freibrief für das Bisthum Chur.

Testes: Rudolfus Leodiensis Episcopus, Bertoldus Dux de Ceringe, Hugo Palatinus Comes de Tuwingen, Comes Rudolfus de Phullendorf, Comes Ulricus de Lenzeburg, Comes Hartmannus de Kirchberg, Comes Manegoldus de Vehringen, comes Burcardus de Zolre, Cunradus de Szuzenrieth, Godefridus de Gundelfingen, Egenolfus de Urselingen et alii.

Herrgott Geneal. dipl. Habsburg. II. 188 auch Mon. Zoll. I. nro. XXVII.

2.

1179 o. T. Constanz. K. Friedrich I. freit die Schifffahrt zu Ueberlingen.

Testes: Arnoldus Trevir. Archiep., Bertholdus Constant. episc., Dux Welfo, dux Bertholdus de Zaringa et filius suus, dux Sueviae Fridericus, Marchio Hermannus de Baden, comes Růdolfus de Pfullendorf, comes Hartmannus de Kilchberg et frater suus comes Otto, comes Manegoldus de Veringen et frater suus Hainricus comes et filii sui, comes Hartmannus de Quiburg, comes Burcardus de Hohenberg et frater suus comes Fridericus, comes Bertholdus de Zolra et comes Fridericus, comes Bertholdus et comes Ulricus de Berge, Advocatus constantiensis, Diethelmus de Toggenburg etc.

Dümge, Reg. bad. S. 146 auch Mon. Zoll. I. nro. XXX.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

3.

1179 o. T. Constanz. Herzog Welf verfügt zu Gunsten des Kl. Füßen.

Testes: Bertholdus episcopus Constantiensis, Hartmannus praepositus etc., Udalricus comes, Burcardus de Zolra, Albertus de Sumerowi et alii.

Neugart, cod. diplomat. Alem. II. 130. auch Mon. Zoll. I. nro. XXXI.

4.

20. Juni **1183.** Constanz. K. Friedrich I. bestätigt alle Besitzungen und Freiheiten des Kl. Salem.

Testes: Hermannus Constantiensis electus, Hermannus Monasteriensis episcopus, Heinricus Curiensis episcopus, Willelmus Augustensis episc., Thiethelmus Augiensis abbas; Heinricus rex, filius imperatoris, Fridericus dux Sueviae, Dux Welfo, Otto dux Bawariae, Chonradus dux Spoleti, Bertholdus Marchio de Andechsa, Hermannus Marchio de Badin, Diepoldus comes de Lechsimunde, Heinricus comes de Diesche, Conradus comes de Berge, Lodowicus comes de Sigemaringen, Burchardus comes de Honberc et Fridericus frater ejus, Vdalricus comes de Chiburc, Fridericus et Bertholdus de Zolren, Hartmannus comes de Chilcberc et alii.

Copial-Buch des Kl. Salem im Landesarchiv zu Karlsruhe. Mon. Zoll. I. nro. XXXIV.

5.

1183 o. T. Ulm. Urkunde des Abts Diethelm von Reichenau für das Spital auf dem St. Michaelsberg bei Ulm.

Testes: Luitpolt dux Austriae, Rudolphus palatinus de Tuwingin, Manegoldus comes de Veringen et filius suus Eberhardus, Burchardus comes de Hohinberc, Conradus de Szuzinriet, Diemo de Gundilvingen et alii.

Orig. im St.-Archiv zu Stuttgart. Mon. Zoll. I. nro. XXXV.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

6.

1185 o. T. Königsstuhl. Herzog Friedrich von Schwaben thut einen Urtheilsspruch zu Gunsten des Kl. Salem.

Executores: Welfo dux, Otto, Hartmannus et Rŏdolfus comites de chilchperc, Otto palatinus comes de witelispach, Lŭdewicus comes de sigemeringen, Henricus Marchio de romesperc, Henricus comes de wartstein, Manegoldus et Henricus comites et fratres de ueringen, Manegoldus et Henricus fratres et filii comitis Manegoldi, Albertus et Vlricus comites de Chiburch, Gotefridus et Manegoldus filius ejus comites de rordorf, Burchardus comes de Hohenberc et frater ejus comes Fridericus, Bertholdus et Fridericus comites de Zolren, Egeno comes de urah, Bertoldus comes de Berge, Conradus comes de Sancto monte, Ernest de Stuzelingen et alii.

Orig. im Markgräfl. bad. Domänen-Archiv zu Karlsruhe. Mon. Zoll. I. nro. XXXVI.

7.

1185 o. T. u. O. Abt Marquard von Kreuzlingen und Ritter Adilbert von Oendingin (Ehningen, O.A. Böblingen) vertragen sich mit einander in Betreff eines Guts zu Mülhausen (abgegangen bei Herrenberg).

Notificamus tam presentibus quam futuris quod ego Marcquardus dictus abbas in suburbio constantiensi cum consilio fratrum meorum querimoniam super predio quod est in uilla mulhusin agitabamus quia nobis iniuste subtractum esse conspeximus. Qua propter cum iam diu de eadem controuersia fatigaremur. is qui uidebatur idem predium ex accommodata pecunia possidere uidens se in hoc non caute agere pro remedio anime sue suorumque parentum eandem pecuniam ipse adilbertus cum coniuge sua nomine M. ecclesie nostre contradidit et heredes qui illud iure hereditario possessuri erant simili modo se abdicauerunt et ipsum predictum predium prout iusticia dictauit nobis contradiderunt. Predictus uero miles de ondingin tali pacto illud peregit ut ipse cum coniuge sua a manu nostra susciperet quod et fecit tali conuentione ut si ipsi sine prole ex hoc seculo migrauerint absque omni contradictione possideamus. hoc etiam addentes ut si ipse prior sine illa obierit. uel ipsa absque illo et prolem genuerit nil iuris habeat. quod etiam sub annuali pensione. VI. solidorum tŏwingensis monete susceperunt. et sine omni subtractione in festo Remigij nobis per-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

soluant. uel prefatum predium nobis uacet. facta sunt hec regnante. f. romanorum imperatore. et filio suo. f. duce sweuie. et anno ab incarnatione domini. M. C. LXXX. V. Huius rei testes sunt. Albertus cum duobus filiis suis. Bertoldo. et alberto. et patruo eorundem. Dietrico et Könrado cum fratre suo Rudolfo. de wrmelingin. et aliis quam plurimis.

V. d. Orig. im Archiv des Stifts Kreuzlingen. Mit dem anhangenden gut erhaltenen parabolischen Abtssiegel. Außen auf der Urkunde steht von alter Hand geschrieben: Mvlhvsin prope Wvmlingin.

8.

circa 1188. Tübingen (Burg). Der kranke Pfalzgraf Rudolf von Tübingen verhandelt auf der Burg „Twingen" „convocatis amicis nostris" mit seinem Bruder Hugo in Betreff der begonnenen Stiftung des Kl. Bebenhausen.

Dieser ertheilt seine Zusagen „in presencia matris nostre ac consanguineorum nostrorum fidelium nec non ministerialium nostrorum" — (sc. des Pfalzgrafen Rudolf, der in der Urkunde redend eingeführt wird) in presencia comitis B. de hohenberc. E. comitis de wrahe. Alberti de Hohenstein etc. Et postea comes Burchardus plus quam centum militibus ante capellam Twingen hanc actionem promulgauit.

V. d. Orig. in Karlsruhe. Abdruck der ganzen Urkunde in Schmid, Gesch. der Pfalzgrafen von Tübingen. Urkd.-Buch S. 4, 5.

9.

8. Sept. 1189. Speier. K. Heinrich bestätigt die Freiheiten des Kl. Steingaden.

Testes: Conradus Maguntinus Archi-Episcopus, Rudolphus Comes Palatinus Tuingen, Sigebertus Comes de Werde, Fridericus Comes de Hohenberg et alii.

Mon. boic. VI, S. 501

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

10.

circa 1190 o. D. Graf Burkard von Hoinberch erlaubt mit Gemahlin und Kindern seinen Leuten, Vergabungen an das Kl. Bebenhausen zu machen.

.... „concedit ego Burchardus comes de Hoinberch (cum consensu uxoris et liberorum),[1] das seine leut ire güter an das Kl. Bebenhusen vergaben mögen et dilecta iugalis nostra cum liberis nostris. Im sigill ist cataphractus sine scuto, fört dextra hastam, cum vexillo,[2] sinistram habet dependentem iuxta gladium non euaginatum. Circumscriptio Burcardus comes de Zolre Grain."

Gabelk. (Collect. I. 63.) setzt hiezu (ohne Zweifel irrig) das Jahr 1250. — Das 1837. von dem Reichsarchiv in München bei dem St.-Archiv in St. eingetroffene Verzeichniß über „varia documenta Monasterii Bebenhusani" hat unter den „abfenten" Dokumenten aufgeführt: „Concessio Burchardi, Comitis de Hohenberg, quod sui ministeriales Clerici ceterique utriusque sexus hominum semet ipsos aut res suas mobiles vel immobiles ad monasterium Bebenhus. transferre possint. sine die."

[1] Später hinein corrigirt, aber von derselben Hand.

[2] Hiezu hat G. dieselbe Zeichnung beigefügt, wie bei seiner Aufzeichnung im 1ten Bd. Fol. 504 b. S. nro. 11.

11.

(circa 1190) o. D. nennt sich Burkard I. Graf von Hohenberg in seinem Siegel Graf von „Zolre grain."[1]

A. 11. . à Burchardo c. d. Hohenberch citantur testes Bertolfus d Zolre et Fridericus d Zolre. Er fürt ain cataphractum sine scuto, in cujus dextra hasta cum vexillo, sinistram habet dependentem iuxta gladium non euaginatum. Circumscriptio — Burcardus comes de Zolre grain.

Gabelkhovers Collectaneen 1ter Bd. Fol. 504 b. im St.-Archiv zu St.

[1] Wohl in dem Siegel der Urkunde zu circa 1190, deren Regest S. in nro. 10. Die beiden genannten Grafen von Zollern waren bei dieser Verfügung Burkards interessirt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

12.

30. Juli. 1191. Dat. Asperg. Stiftungsurkunde des Kl. Bebenhausen, ausgestellt von Pfalzgraf Rudolf von Tübingen.

Testes: nach Clerikern „de liberis Burkardus comes de hohenberc. Albertus de Oberenstetin" etc.

Nach einem Vidimus von 1342 zu Karlsruhe.
Abdruck in Schmid, Gesch. d. Pfalzgrafen von Tübingen. Urkd.-Buch S. 5. ff.

13.

6. Juni 1192. Wirzburg. Kraft von Bocksberg schenkt in Gegenwart des K. Heinrich VI. dem Hospitale des h. Johannes in Jerusalem Güter und Einkünfte in mehreren Orten.

Testes: episcopi Henricus Wirceburgensis, Otto Bafbergensis, Otto Frisingiensis, Henricus Wormatiensis. Lupoldus, dux Austrie; comes Berchtoldus de Henembergh; Fridericus, comes de Abembergh; Hartmannus, comes de Kirchbergh; Burchardus, comes de Hoenbergh; Gotfridus, comes de Weigen; Sighlogus, prothonotarius imperatoris; Crafto iuvenis; Robertus de Dorren; Siboto de Cimbren, Arnoldus de Horenbergh; Berengherus de Gamburch et alii multi clerici et laici.

Wirtemb. Urkd.-Buch II. S. 280 f.

14.

24. Sept. 1192. Lüttich. K. Heinrichs VI. Freibrief für die Stadt Constanz gegenüber von ihren Bischöfen.

Testes: Hermannus Monaster. episcopus, Lotharius Leodiensis electus, Theodericus Traject. praepositus, Baldewinus comes Flandrie, Everhardus comes de Lon, Otto comes de Gelren, Theodericus comes de Hostaden, Theodericus comes de Cleve, Burkardus comes de Zolre, Diethelmus comes de Creien, Cuno de Mincenberg et alii.

Dümge, Reg. Bad. S. 150. Mon. Zoll. I. nro. XLIV.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

15.

1192 v. T. u. O. Bischof Diethelm von Constanz bestätigt eine der Constanzer Kirche gemachte Schenkung.

Testes: Ulricus constant. Praepositus etc. Chuonradus comes de sancto monte advocatus constant., Albertus, dux de Techa, burchardus comes de Zolre, gothefridus comes de rordorf, landolfus de Winzelun, diethalmus de tochenburc et alii.

Dümge, Regesta bad. S. 151. Mon. Zoll. I. nro. XLV.

16.

28. März **1193.** Speier. K. Heinrichs VI. Urkunde für das Bisthum Passau.

Testes: Johannes Trevirens. Archiep., Otto Spirensis Episc. etc. Lupoldus dux Austriae et Lupoldus ejus filius, Cunradus dux Sueviae, Rudolfus Palatinus comes de Thuingen, Emecho comes de Liningen, Sigebertus comes de Werda, Sifridus comes de Worle, Albertus comes de Bogen, Poppo comes de Wertheim, Gebehardus comes de Tolenstein, Fridericus et Burchardus comites de Zolre, Fridericus comes de Hohenburc, Robertus de Durne, Godefridus de Winede, Cuno de Minzenberg et alii.

Mon. boic. XXIX. a. 469 ff. — Mon. Zoll. I. nro. XLVI.

17.

7. Juni **1193.** Wirzburg. K. Heinrich VI. bestätigt die Freiheiten und Besitzungen des Kl. Salem.

Testes: Otto babenbergensis Episcopus, Heinricus Wirceburgens. Episc., Heinricus wormatiensis Episc. etc. Chonradus dux Suevie, Liupoldus dux Austrie, Berthodus dux meranie, comes Fridericus de Zolre, comes Burchardus de Hohenberg, comes Gebehardus de Tolenstein, Rubertus de durna, Cuno de Minzenberc et alii.

Copial-Buch des Kl. Salem. — Mon. Zoll. I. nro. XLVII.

18.

4. Juli **1193.** Lautern. K. Heinrich VI. bestätigt dem Marien-Kloster in Hagenau gewisse demselben von seinem Vater geschenkte Güter.

Testes: Otto Frising. Episcopus. — Philippus frater (imperatoris), Emecho comes de Leyningen, Fridericus de Hohenberg, Henricus comes

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de Zweynbrucken, Fridericus burggravius de Nurenberg, Wolmarus de Castele.

Mon. boic. XXXI. a S. 450 ff.

19.

11. April 1195. Ravensburg. Konrad, Herzog von Schwaben, übergibt dem Kl. Salem ein Gut, genannt Rieth.

Testes: Bertholdus comes de Berge, Fridericus comes de Hohenberc, dominus Landoldus de wincelun, Comes Fridericus de zolre, dominus Gotefridus de marsteten.

Copial-Buch des Kl. Salem in Karlsruhe. — Mon. Zoll. I. nro. LV.

20.

6. Febr. 1207. Straßburg. König Philipp bestätigt den Kauf, wodurch der Freie Konrad von Schwarzenberg dem Stifte Salem Runsthal mit verschiedenen andern Gütern und Gerechtigkeiten in der Nachbarschaft überläßt.

Testes: — nach mehreren Bischöfen Otto dux Meranie. Burchardus et albertus. fratres et comites de colri. Cv̊nradus comes de Zolri. v̊lricus. comes de helfinstain. hainricus comes de nifin. Berchtoldus comes de sancto Monte. Ebirhardus de ebirstain. hainricus dapifer de walpurc. heinricus de smalneggi et alii quam plures.

Aus dem Codex Salem. I. im Landesarchiv zu Karlsruhe. Abdruck in Mon. Zoll. I. nro. 75. Mone, Zeitschrift VIII. S. 358.

21.

31. März 1213. Constanz. König Friedrich II. bestätigt den Kauf des Gutes Runsthal von Seiten des Stifts Salem.

Testes — nach einer Reihe von Bischöfen und Aebten: Rodolfus Comes palatinus de Tiuwingen, vlricus comes de Kiburc et filii eius Wernerus et Hardemannus. Albertus comes de tilingen. Burcardus comes de Hŏhhenberc. Hardemannus comes de Wirtenberc et ludoicus frater suus. Comes Rodolfus de habesburc. Bertoldus comes de sancto Monte. Comes

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hugo de Monte forti et alii quam plures. Data in ciuitate Constantiensi. Anno dominice incarnationis. M. CC.XIII. II. Kal. Aprilis.

Cod. Salem. I. a. a. O. In zwei weiteren Urkunden desselben Kaisers von dem gleichen Datum und Ort finden sich (Cod. Salem. I. 116—119) die nämlichen Zeugen.

22.

1. Sept. 1213. Ueberlingen. K. Friedrich II. bestätigt einen Güterverkauf des Kl. Salem.

Testes: Conradus Constantiensis Episc., comes Ulricus de Quiburc, comes Hugo de monte forti, comes Burcardus de Hohinberc, Anselmus de Justingen et alii.

Copial-Buch des Kl. Salem in Karlsruhe. Mon. Zoll. I. nro. LXXXV.

23.

13. Juli 1216. Constanz. K. Friedrich II. bestätigt dem Kloster Thennenbach seine Besitzungen.

Testes autem sunt hii: C. Constansiensis episcopus, ... abbas de Petri domo, D. abbas de Crucelingen, Ulricus comes de Kiburg, R. comes de Habesburg, B. comes de Houmburg, F. comes de Zoller, B. comes de Sancto monte, G. comes de Sigimaringen, M. comes de Nellenburg, Swigerus de Gundolfingen, Anselmus marescalus de Justingen, Conradus de Dirpain, E. de Tannen, B. frater eius, Ortoldus de Ringenburg, C. de Winterstetten et alii quam plures.

Orig. in Karlsruhe. Abdruck in Mone, Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins XI. S. 185.

24.

15. Juli 1216. Constanz. K. Friedrich II. nimmt das Kl. Raitenhaslach in seinen Schutz.

Testes: C. Constantiensis episcopus, — V. Comes de Kiburc, B. comes de Hohenberg, Fridericus de Zoller, Manegoldus comes de Nellenburg, Bertoldus comes de sancto monte et alii.

Mon. boic. III. 130. auch Mon. Zoll. I. nro. XCI.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

25.

15. Apr. 1217. Rotweil. Graf Burkard von Hohenberg ist mit Andern bei K. Friedrich II. zu Rotweil Zeuge, als dieser zu Gunsten des Kl. Hochmauern (bei R.) auf seine Eigenthumsrechte an Besitzungen zu Dürbheim (O.A. Spaichingen) verzichtet.

Fridericus d. gr. Romanorum rex — Ductus zelo pietatis Bertoldus miles de Eginshaim quasdam possessiones in villa Dirbehain, quas ipse a fidele nostro comite Egenone de Vrach tenebat in feodo et comes predictus tenebat de manu nostra in feodo, easdem pro remedio anime sue atque accepta pecunia dictus miles ad honorem dei et sustentationem sanctimonalium apud Rotwilre in loco qui Hohmuron dicitur deo famulantium feodum supradictum resignauit comiti Egenoni et filio illius Egenoni, postulando devotissime ut auxilio eorundem et interventu nos, ad quos iure patrimonii pertinere dinoscuntur proprietates predictarum possessionum, ipsis comitibus ad preces suas nobis resignantibus, easdem dictis monialibus in loco antedicto deservientibus dare vellemus et confirmare. etc. testes: .. Eberhardus comes de Helffinstain, Hermanus comes de Sultza, Fridericus comes de Zolre, Burckhardus comes de Honberc, Ansshelmus de Justingen, regalis aule marscalcus. etc.

Nach dem Copial-Buch des Kl. Rotenmünster, einer Papierhandschrift des 16ten Jahrhunderts.

26.

1225 o. T. u. O. Albert, Herr von Rotenburg, des weiland Burchard, Grafen von Zolre Sohn, entscheidet einen Streit des Klosters Kreuzlingen in Betreff eines Mansus im Neckargau.

Ego albertus dominus de rotinburc quondam comitis burchardj de zolre filius notifico omnium caritatj quod jnter ecclesiam crucilinensem jn suburbio constantiensi ex una parte. et albradam hermannj uiduam ex altera parte lis quondam uertebatur super quodam manso jn nechirgŏ pertinente ad ecclesiam crucilinensem. quem mansum licet predictus. H. tenuerit ad censum. iiii^{or} solidorum annuatim ab abbate crucilinensi jn beneficio sub talj pacto ut nullus puerorum si quem forte generaturus esset uel aliquis nepotum eius debeat post mortem eius jpsum de aliquo jure contingere mansum. tamen post mortem eius ex talj predicta possessione beneficij. sumpsit uidua eius albrada sine jure occasionem litigandj. ipsaque defuncta eandem litem contra ecclesiam prefatam jntrauit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

filia eius gŏta ex altero uiro cunrado cognomine Stolze genita. sororque ipsius albrade adilhadis Kadil dicta et filius ipsius adilhadis fridericus cognomine uesare nichilominus ex litigio albrade prefate sumentes sine omnj jure occasionem contra prefatam ecclesiam super eodem manso litigauerunt. Tandem me mediante taliter lis fuit sopita quod litigantes contra ecclesiam sepe dictam de manso jam dicto receperunt ab abbate crucilinensi theoderico. XXX. solidos. aliaque dampna plurima que ab eis ecclesia eadem passa fuit jn rapinis et aliis modis ipsis fuerunt jndulta. et sic cesserunt liti et abrenuntiauerunt erga ecclesiam iam dictam et erga camerarium eius sigifridum quí uicem ecclesie jn compositione gerebat omnj jurj si quid eis posset uel crederetur competere. Sicque statuj ecclesiam eandem sicut et semper possedit mansum ipsum licet litigiose. ita ammodo quieta gaudeat possessione et dominio. Vt autem hec inconuulsa permaneant. ad peticionem partium inpressione huius sigillj litteris sunt roborata. Acta sunt hec anno ab incarnatione dominj. M.CC.XX.V. Indict. XIII. Epact. VIIII., Concur. II. Imperante friderico romanorum imperatore et semper augusto. anno imperij eius. V. Testes qui jntererant compositionj sunt hij. fridericus et burchardus fratres qui dicuntur zutilmannj. heinricus dapifer de honberc. wernherus de arcingin. hŏgo de heigirlo. heinricus birchisca. albertus de phaiphingin. dietricus de wrmilingin. albertus de haginbach. Rŏdolfus sacerdos viceplebanus jn vrmilingin et alij quam plures. Ego albertus quoniam sigillum non habeo usus sum sigillo fratris mej comitis burchardj defunctj quod suis filiis reliquit quorum et ego fuj procurator.

B. d. Original im Archive des Klosters Kreuzlingen. Abdruck mit Siegelbild in Mon. Zoll. I. nro. 112. — Facsimile der Urkunde in v. Stillfrieds „Alterthümer und Kunstdenkmale des Hauses Hohenzollern.“

Es unterliegt nach dem Urtheil eines Sachverständigen, der das sehr gut erhaltene Original-Siegel der vorstehenden Urkunde (aus rother Masse) mit dem des Grafen Burkard IV. von Hohenberg an Urkunde vom Jahr 1270 Juni 22 (siehe unsere Geschichte der Pfalzgrafen von Tübingen S. 47 ff. des Urkunden-Buchs) verglichen hat, keinem Zweifel, daß der Stecher des Stempels zu dem Siegel von 1270 den zu dem Siegel von 1226 als Muster vor sich liegen hatte. Auf beiden Siegeln sprengt der Reiter heraldisch links hin, woher es kommt, daß man die innere Fläche des Schildes, also keine Zeichnung auf demselben sieht. Der Reiter hat in der Rechten die Lanze zum Stoße eingelegt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

27.

17. Aug. 1226. Ulm. König Heinrich bestätigt einen Vergleich zwischen dem Kloster Kreuzlingen und Graf Albert von „Rûtimberch."

Heinricus Septimus diuina fauente clementia Rom. rex et semper augustus. Que geruntur in tempore labuntur cum tempore, nisi scripti memoria uel uoce testium perhennantur. Noscant igitur presentes cum posteris, formam compositionis factam inter abbatem Crucelingensem cum conuentu suo et comitem Albertum de Rûtimberch in nostra presentia et coram illustre duce bawarie, tunc temporis nostro nutricio. Prefatus comes Albertus fide data in manus nostre maiestatis et sacramento confirmavit, quod sepedictum abbatem et conuentum suum in bonis suis sitis in nechirgô non presumat grauare deinceps iiuxta curriculum uite sue. Promisit etiam antedictus comes Albertus sub eisdem confirmationibus, quod si quos homines censuales ecclesie wurmlingen attinentes concessos qualitercunque per impheodationes alienauit ab eadem ecclesia, a tali impheodatione absoluat. Si quos etiam genitor prefati Alberti comitis suo tempore a predicta alienauit ecclesia, sepefatus comes Albertus cum sepedicto abbate et conuentu ad recuperationem predictorum hominum censualium nulla subdolositate interserta tenetur efficaciter laborare. Si vero memoratus comes Albertus fidei datae et sacramenti facti male immemor, quod absit, grauis et iniuriosus extiterit sepefato abbati suoque conuentui, pro tali delicto insolito increpandus et admonendus est a venerabili constantiensi episcopo uel abbate, et post talem admonitionem infra sex hebdomadas conferre sese debet in ciuitatem Vberlingen nomine obsidis, abinde non discessurus, nisi prefato abbati suoque conuentui plenariam fecerit satisfactionem. Promittit quoque sepedictus Albertus, se daturum X marcas examinati argenti in proximo festo beati Martini uel infra pro dampnis illatis prefato abbati suoque conuentui, pro quibus extitit fideiiussor Rûdolfus homo nobilis de Hewe, pacto tali, si dictus Rûdolfus de Hewe delicta nature soluerit. Johannes de Dirbihein et Burchardus de hohinburc pro soluenda prefata pecunia uicem pro ipso incident fideiussoris. Hec autem promissio ac confirmatio ut robur suum teneat incorruptum, Sigilli nostri robore et sigillo illustris ducis bawarie, tunc temporis nostri nutritii, cum nostro privilegio non omisimus confortare. Hujus rei testes sunt: H. regalis aule prothonotarius, Bertholdus plebanus de Arnisperc, Vlricus presbiter de Walte, Burgrauius de Norimberc, H. comes de Dilingen, E. dapifer de Walpurch, C. et E. pincerne de Winterstetin, Dieto de Rauinspurch, H. de Schalchisperg, N. Nagellinus et alii quam plures.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Datum apud Vlmam anno verbi incarnati MCCXXVI., XVI. Čal. Sept., Ind. XIV.

Original mit zwei Siegeln im Archive des Klosters Kreuzlingen. Abdruck in Mon. Zoll. I. nro. 114.

28.

2. Mai **1228**. Horb. Berthold gen. Ungericht von Sulz überläßt von dem Kloster Stein zu Lehen besessene Zehentrechte zu Rexingen gegen eine jährliche Weizen- und Habergilt an das Johanniterordens-Haus daselbst.

Testes: nobiles viri H. miles de werstan. Richardus frater eiusdem molendinator de Husen. fr. pincerna de Nagelt. Dietericus de Harnbach (sic.) milites . vl . dictus pinguis, villicus. C. dictus Nobili Scultetus in horwe. Dietericus frater suus. wer. de argezingen. C. dictus medicus plebanus in vtingen. Dietericus prior in Rahsingen. Siegeln der „nobilis" von Gerolzeck und die „ciues in Horwe." Dat. aput Horwe ante hospitium dankolfi.

Aus dem Diplomatar des Kl. Alpirsbach im St.-Archiv zu St.

29

1237 o. T. u. O. Graf Burkard von Hohenberg überläßt gegen eine Entschädigung von **50** Mark Silber seine Besitzung Kirchberg (O.A. Sulz) den daselbst sich angesiedelten Nonnen.

Vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis Burcardus comes de Hohenberg noticiam rei geste, vt acta mortalium que sunt digna memorie commendenda cum tempore non labantur, scripturarum sepius solent et debent remedio preuenirj, ut inde sumatur posteris ueritatis preterite argumentum. Hinc est, quod uniuersis tam presentis etatis quam postere fierj cupimus manifestum, quod nos possessiones nostras Kîlhberg cum omnibus pertinentiis suis et omnj iurisdicione qua ad nos pertinebantur (sic!) sanctis et deuotis feminis eiusdem locj nouelle plantacionj uidelicet. pro quinquaginta marcis argentj uendimus (sic!) et donauimus nichil iuris in eisdem possessionibus nobis penitus reseruando. Igitur ne prefatis sanctimonialibus a nobis seu heredibus nostris aliqua in posterum possit orirj calumnia uel aliquibus fatigacionibus super his ualeant molestarj presens scriptum fierj et appositione nostrj sigilli fecimus roborarj. Acta sunt hec anno ab incarnatione dominj M. C.C. XXXVII. regnante im-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

peratore friderico semper augusto et rege sicilie in presentia testium subscriptorum frater helias et frater theophilus deordine predicatorum in Ezelingen, Vlricus plebanus in Haygerloch, R. plebanus in wildorf, H. de werstain et H. de ysenburg barones, H. dapifer et B. marschalchus de Hohenberg, A. de Haiterbach, Etecho de haiterbach,[1] pincerna dewilpberg. F. zvtelman, G. et H. fratres de Wahingen, D. de mieringen, H. Birchischach, H. scultetus de haigerloch, H. minister comitis, Wachindorffarius, Buoringarius, ciues in haigerloch et alij quam plures tam milites quam ciues.

Von d. Orig. im St.-Archiv zu Stuttgart. Das an einer leinenen Schnur hängende, in ein rothseidenes Säckchen eingenähte Siegel ist zerbröckelt.

[1] Ursprünglich stand witingen, eine spätere Hand hat darüber geschrieben Haiterbach.

30.

25. Juni (oder 9. Juli) 1245 o. O. Ritter Heinrich von Nagold versichert in Gegenwart und unter Mitwirkung der Grafen Burkard von Hohenberg und Gotfried von Calw die Mitgift seiner Ehefrau auf seine Besitzungen bei Nagold.

Notum sit vniuersis presenciarum (sic!) paginam inspecturis quod Hainricus miles de Nagelta Adelhaiti uxori sue bona sua jn nagilte nominatim exprimens pro quadam summa pecunie videlicet XL marcarum in dotem ratione pingnoris (sic!) o[b]ligauit assignans nominatim Curiam quam Berchtoldus iuxta fontem possidet et illi superaddens xij iugera zů der laingrůbe iiij Meringen et super gehay iiij.[1] ze gebrittun et obirnbuhele iiij. Assignando fenum X carratas in duabus pratis by der wattzuli vnum an Meringer wege unum et Burkwise et possessionem Hugonis et Waltheri et preene.[2] Et hec facta sunt presentibus dominis et auxiliantibus videlicet comitibus Burkardo de hohenberg et Gotfrido de Kalwe, dapifero et Marschalkus[3] de hohenberg, Aduocatus de wellehusin et Wernherus de Ihelingen et Nêze et etiche de haiterbach. Et hec facta sunt cum consensu heredum. Datum Anno ab incarnatione domini M. CCXLV. Indictione tercia VII. Kalendas[4] (seu Idus) julij.

[1] Die beygefügte deutsche Uebersetzung gibt diese Stelle auf folgende Weise: Zwolff juchart zu der laingrube der sind IIII ze Meringen und IIII uff dem gehay.

[2] Das Wort ist geschrieben pēne die deutsche Uebersetzung läßt es weg.

[3] So hier und nachher der Nominativ.

[4] Das Copial-Buch hat einen Buchstaben, der einem N. ähnlich sieht; da es nicht Nonas heißen kann wegen der vorangehenden 7, so ist anzunehmen, daß K. od. Idus im Original, viel-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

leicht abbrevirt gestanden und dies von dem Abschreiber nicht entziffert werden konnte. Die Uebersetzung hat „In dem manot Julii;“ daraus möchte zu schließen seyn, daß es nicht VII mensis Julii geheißen, indem sonst der Uebersetzer die Zahl leicht hätte hinzufügen können, nicht so bey Kal. od. Idus, deren Berechnung ihm weniger geläufig seyn konnte.

V. dem Copial.-Buch des Klosters Kirchberg fol. CXXIX.

31.

1245 o. T. u. O. Graf Burkard von Hohenberg gibt seine lehensherrliche Bewilligung zu dem Verkauf des halben Theils des Zehntens zu Dußlingen, welchen Gero von Lichtenstein dem Kloster Bebenhausen um **75** Pfd. Heller verkauft, dafür aber seinen Hof in Feldhausen widerlegt und zu Lehen empfangen hat.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Vniuersis Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, Burcardus diuina prouidente clementia comes de Hohenberc noticiam subscriptorum. Ad eterne vite beatum premium et temporalis prosperitatis magnum incrementum apud regem regum omnium nobis profuturum non ambigimus, si ecclesiam dei et uirorum jugiter domino famulantivm profectibus et commodis intenderimus. Hinc est, quod cum Gero miles de Liechtenstein mediam partem decime in Tvsselingen venerabilibus in Christo abbati et conuentui in Bebinhusin ex consensu liberorum et aliorum heredum suorum vendere decreuisset, nec tamen id effectui mancipare quiuisset eo, quod ipsius decime proprietas ad nos spectare dinosceretur, nos diuine remunerationis intuitv dicti conventus vtilitatibus consultum esse cupientes et prefati G. pie peticioni consensum adhibentes, ipsi Gero prenominatam decimam monasterio de Bebinhusin iam dicto pro LXXV libris hallensium vendendi liberam dedimus facultatem. Verum prefatus G. ne ab homagii vinculo, quo nobis racione sepedicte decime hactenus tenebatur astrictus, liber maneret, curiam suam in Velthusin, quam huc vsque possedit ut propriam, vna cum uxore sua et filiis in manus nostras resignauit et a nobis recepit eandem feodali nomine deinceps possidendam. Quod presentibus litteris dignum duximus inserendum propter malignantium cavillationes multiplices, quibus bonos infestare non desistunt, quatenus sepe memorato conventui de Bebinhusin maioris fidei prebeat incrementum. Vt autem hec rata permaneant et inconuulsa, presentem cedulam scribi et sigilli nostri appensione fecimus roborari. Huius rei testes sunt ego Burcardus comes de Hohinberc, decanus de Heigerloch, plebanus de Wehingen, Berngerus liber dictus de Enthringen, et Albertus frater suus adhuc seruus, Gero de Liethensten, Peregrinus de Salbeningen,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hermannus de Owe, ... miles de Miringen et notarius noster, et alii quam plures. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M⁰. CC⁰. xlv⁰. sub abbate Bertoldo dicto de Mvnegesingen, qui presens affuit cum monacho suo Heinrico, qui magistro (sic!) hospitum nuncupatur.

Das runde Siegel des Grafen Burkard von Hohenberg in gelblichbraunem Wachs an rothen, sehr fein gewebten Seidenbändeln, deren eine Seite einen schmalen gelben Streifen hat, ist wohl erhalten, zeigt einen rechts sprengenden, herausschauenden Reiter, der in der Rechten eine dünne Lanze, am linken Arme einen dreieckigen Schild mit der hohenbergischen Quertheilung hat, mit der Linken den Zügel hält, und oben auf den Seiten des Helmes gekrümmte, mit den Spitzen gegen einander gebogene Hörner (das scheinen sie wenigstens zu seyn) hat, die mit Pfauenfedern besteckt sind. Umschr.: † S. COMJTJS. BVBCARDJ. DE. HOHENBERG. —

Orig. in Karlsruhe. Abdruck bei Mone, Zeitschrift III, 126 ff.

32.

1. April 1246. Empfingen. Hugo von Werstein, ein Freier, verkauft seinen Hof in Dornhan an das Kl. Kirchberg.

Vniuersis presentem paginam inspecturis Hugo nobilis de werstein. Salutem et noticiam rei geste. Nouerint uniuersi quod nos curtim nostram in Dahun quam iure proprietatis possedimus venerabilibus in Christo Priorisse et Conuentui sororum in kylperch pro LXXXII. libris Tuwingensis monete libere et absolute uendidimus, hac adhibita sponsione et etiam fideiussione per nobiles uiros Hildeboldum et Hugonem de Isenburch. Albertum de Zimmern et Hugonem filium nostrum ut si forte eadem curtis iure feodali censeretur ab aliquo, nos eandem tam per emptionem quam per commutationem absque omnj dispendio ejusdem Conuentus in Kilperch absolueremus omnimodis, iure proprietatis ab ipso in perpetuum possidendam. eadem fideiussione insuper et iuramento tam per nos quam per dictum H. filium nostrum firmantes, ut si post reditum Comitis Wolfradi de Veringen ad terram suam infra annum dictam absolutionem seu libertatem iam dicte curtis exequi non possemus, ex tunc dicti fideiussores se absque omni contradictione in Heigerloch presentarent, quoad usque LX. marce absque omni tergiuersatione iam dicto Conuentui soluerentur. Si uero infra predictum terminum nos contigeri(e)t rebus humanis eximi, H. filius noster iam dictam sponsionem seu fideiussionem uice nostra infra predictum terminum absque omni ambiguitatis seu difficultatis scrupulo et sepedicti Conuentus dispendio exsequetur. Actum anno

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

domini. M⁰. CC⁰. XLVI⁰. apud Emphingen in die palmarum. Presentibus domino Dieterico sacerdote in Emphingen. domino Walthero sacerdote in kilperch. Conrado milite de Husen. Menloho milite de Tetelingen. Hugone milite de Betenhusen. Bertoldo de glate. Heinrico dicto Rerer. Wernhero de Erzingen. Conrado seniore et conrado iuniore dictis theloncariis de oberindorf. fratre Bertholdo de Rotwil. fratre Bertoldo de ostorf. fratre Gerungo de Binzdorf. fratre Burchardo de Arzingen conuersis in Kilperch. et aliis quam pluribus. In cuius rei testimonium presentem cedulam sigillo nostro fecimus communirj.

V. d. Orig. im St.-Archiv zu Stuttgart. Das Siegel fehlt.

33.

19. Juli 1249. Rotenburg. Graf Burkard von Hohenberg bittet den Bischof von Bamberg um Zustimmung zu einer Schenkung des Edlen Hiltebold von Isenburg an das Kloster Reichenbach.

Venerabilj domino suo... Dej gratia Babenbergensi episcopo Burchardus eadem gratia comes de hohemberch fidelis suus salutem cum fidelitatis debite fumulatu. Scire uestram dominationem et alios presentis pagine inspectores cupimus, quod Hilteboldus nobilis uir de jsenburch pia ductus intentione omnia bona que aput uillam Schermen aut jn circumiacentibus uicinis jn nigra silua uillis seu oppidis ullo titulo nunc habet aut possidet, seu jn posterum habiturus seu possessurus erit cum omnibus suis appendiciis monasterio de Richembach Constantiensis diocesis concessit legitime seu donauit, ita uidelicet, ut si sine filio herede ipsum decedere contingerit dicta bona ad dictum monasterium pleno iure perpetuo debeant pertinere, quinque solidos usualis monete de praedictis bonis singulis annis quamdiu uixerit jn signum predicte donationis dicto monasterio soluere promittendo, Cui donationj seu concessioni nos assensum nostrum super hoc eo requisitum, quod dictus nobilis aliqua ex bonis predictis a nobis jn feudum obtinet, fauore religionis dicti monasterii et diuini nominis intuitu duximus adhibendum, omne ius quod nobis super prefatis bonis posset competere in predictum monasterium donationis titulo transferentes. Verum quia aliquantulum de bonis ipsis ad egregie matris ecclesie Babenbergensis proprietatem spectare — dinoscitur, a qua nos eadem bona cum multis aliis habere iure feudj recognoscimus, vestram ut tam factum predicti nobilis quam nostrum circa predicta bona generet commoda pleniora monasterio predicto, rogamus dominationem, quatenus et uos dictis donationibus benignum impertientes assensum, ius proprietatis sepedictorum bonorum, maxime cum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

non magni sed uilis pretii bona eadem estimentur, dicto monasterio concedatis. Datum Rotemburch anno domini M⁰. cc⁰. xL⁰ix⁰. xiiii. Kal. Augusti.

Von dem Original im St.-Archiv zu Stuttgart. Das Siegel ist abgefallen.

34

Um **1250** o. T. u. O.

— Item in ebenwilare (Ebenweiler, O.A. Saulgau) dedit quidam Gerwigus ministerialis comitis de heigerlo ecclesie augensi (Albaugensi — Weissenau) curtem unam cum consensu eiusdem comitis domini sui. erat enim sua jure proprietatis et potuit ex ea ordinare sicut voluit.

Codex Albaugens. Fol. 210.

35.

1251 o. T. Nagold. Graf Burkard von Hohenberg schenkt sein Vogtrecht über einen Hof zu Irrendorf dem Kloster Beuron.

Universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis B. comes de Hohenberch sincera fide prestans affectum. Noscat universitas vestra, quod nos advocatiam super curiam quandam in Urindorf, que nobis hereditario jure spectabat, dum nobis a quodam fascallo nostro H. de Machtorf vacaret, ecclesie sancte virginis Marie et sancti Martini in Biurron et confratribus inibi deo servientibus, sicut decet, ob remedium anime nostre et parentum nostrorum contradidimus, ita tamen, ut in tuitione nostra semper permaneat. presens igitur scriptum sigilli nostri inpressione roboravimus, ut si aliquis instinctu diaboli super hac traditione dicte ecclesie et fratribus eiusdem gravamen inferre presumpserit, viso scripto nostro cum sigillo ipsos juxta quam valeat inquietare. Datum in Nagilte anno ab incarnatione dom. M⁰. CC.LI. indictione.

Orig. in Karlsruhe. Abdruck in Mone, Zeitschrift VI, 417. Rundes Siegel in grauem Wachs, vom Rande abgestoßen. Sitzender Graf auf einem Lehnstuhle in richterlicher Tracht. Umschrift: † S. . . . EM (?)E (?) N . . . . . ORT.

36.

25. Juni **1252.** Meersburg. Bischof Eberhard von Constanz gibt seine Zustimmung, als das Kloster Reuthin Güter, welche ihm Gr. Burkard von Hohenberg geschenkt, gegen andere vertauscht.

E. dei gratia Constantiensis Episcopus, vniuersis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis. Salutem in domino. Opus agimus pietatis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cum contractus inter ecclesias nobis subiectas, et religiosas personas causa utilitatis utriusque partis celebratos, consensus nostri et litterarum munimine roboramus. Cvm igitur dilecte in Christo sorores de Ruthi, aream in qua resident et ortum, qui ad ecclesiam vtingen pertinebant, pleno iure cum quibusdam duobus pratis sitis in vtingen inferiori, que Nobilis uir Comes Burchardus de Honberch ad peticionem earumdem sororum ecclesie predicte contulit, ad invicem permutassent, patroni dicte ecclesie ac plebani accedente consensu, sicut per litteras eorumdem nobis constitit euidenter. Nos attendentes dictam permutationem pro utilitate non solum prescriptarum sororum, uerum etiam ipsius ecclesie esse factam, eam ratam habentes presentibus sicut iuste ac rationabiliter facta dinoscitur confirmamus, has super hoc litteras in testimonium dictis sororibus conferentes sigilli nostri robore communitas. Datum Merspvrc. Anno domini M°.CC°.LII.VII. Kalendas Jvlii.

V. d. Orig. im St.-Archiv zu St. Längl. rundes Sigill von Mehlteig mit dem Bilde des Bischofs und der Umschrift:

S. EBIRHARDI. DEI GRA . . . . STANTIEN. ECCLIE. EPI. .

37.

27. Sept. 1253. Merklingen. Graf Gotfried von Calw gibt seine Zustimmung, als Ritter Heinrich von „Nagilta", sein Dienstmann, dem Kl. Kirchberg, in welches dessen Frau eingetreten war, seine Güter in N. theils schenkte, theils verkaufte.

Gotfridus dei gratia Comes in Kalwe vniuersis Christi fidelibus presentem litteram inspecturis veritatis testimonium acceptare. Nouerint tam presentes quam posteri quod Heinricus miles de Nagilta ministerialis noster ad frugem melioris uite transire desiderans cum Adelhaide uxore sua ipsam Adelhaidam locauit in collegio sanctarum feminarum in Kilperg portione rerum eandem contingente accedente nostro consensu et heredum suorum libere et absolute donata iam superius memoratis dominabus in super titulo venditionis reliquam partem rerum suarum in Nagilta sitarum per manum nostram et Gotfridi fratris sui ita quod omne predium et totum quod in predicta uilla habere videbatur extra fossatum cum pleno iure omni exactione liberum donauit eisdem excepto dumtaxat feodo quod habet Wernherus filius Wigandi cum suis attinentiis. Acta sunt hec Anno dominice incarnationis MCCLIII in uilla dicta Marchlingen in festo Cosme et Damiani. Testes hainricus de wile. Krafto de meginshain Richeln milites. Knozze filius Kraftonis. Wern-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

herus de malminshain. Gernodus frater venditoris. Duo Brudelones fratres Luthart et Chûno fratres et alii quam plures.

Von dem Copial-Buch des Kl. Kirchberg Fol. 130. St.-Archiv zu St.

38.

1254 o. T. u. O. Ottilie, „ministerialis" des † Grafen Burkard von Hohenberg, des Ritters Albero von Ertingen Wittwe, verkauft an das Kl. Salem ihr Gut in Owingen (bei Hechingen.)

Anno domini M°CC°LIV°. Otilia relicta Alberonis quondam militis dicti de Ertingen vendidit predium suum quod habuit in Owingen cum consensu filiorum suorum Alberonis militis dicti de Ertingen et Hainrici dicti Trvtsvn monasterio de Salem pro L marcis argenti et sciendum est, quod predicti Alberonis filii siue alii heredes ipsius nichil ivris habuerunt vel habere uidebantur in prenominato predio in Owingen, quia uxor eiusdem Alberonis mater filiorum supradictorum ministerialis fuit *Comitis Bur. de Honberc.* vnde non poterat ivs hereditarium possidere.

Cod. Salem. I. Fol. 283.

39.

2. Sept. **1258** o. O. Gr. Albert von Hohenberg und zwei „nobiles" von Hewen, beide des gleichen Namens Rudolf, bezeugen, daß Ritter Heinrich, genannt von Nagold, Dienstmann des Grafen Gotfried von Calw, seinen eigenen Hof in Nagold mit ihrer Gunst dem Kl. Kirchberg geschenkt hat.

Vniuersis presentem paginam inspecturis Albertus Comes de Hohenberg, Rûdolfus et Rûdolfus fratres nobiles de Hewen Salutem et ueritatis testimonium acceptum. Notum facimus quod nos inuestigata diligencius ueritate a quampluribus nobilibus militibus et alijs fide dignis inuenimus hainricum militem dictum de Nagelte ministerialem Gotfridi Comitis de Calwe Curtim suam in Nagelte nec a nobis nec a nostris predecessoribus uel parentibus iure foedali uel in toto uel in parte aliqua tenuisse set a suis progenitoribus nomine et iure. predij possedisse Supplicatione autem iam dicti Hainrici militis et dilectarum in Christo priorisse et conuentus sororum in Kilchperg nec non et ueritatis amore permoti tenore presentium protestamur et veritati testimonium perhibemus, quod idem Hainricus miles per manum domini

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sui iam dicti Gotfridi Comitis de Calwe et uoluntatem liberam Accedente etiam nostra beniuolentia et fauore memoratis priorisse et conuentui sororum in Kilchperg contulit iam dictum predium in Nagelte in nostro situm territorio cum omnibus suis Appendicijs absque omni contradictione sui et suorum[1] heredum et nostra libere et absolute in perpetuum possidendum. Huius igitur protestationis testes sunt Rûdolfus Comes de Habchsburg. Nobilis de Nuwehusen. Hermannus miles de Owe. Alberthus miles de werbenwâg et hugo miles frater suus. Hugo miles de Wehingen. waltherus Capellanus in Kilchperg. et alij quam plures. In cuius rei testimonium presentem cedulam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Datum Anno domini M⁰CC⁰LVIII⁰ IIII Nonas Septembris.

[1] Das Copial-Buch, woraus diese Abschrift genommen, hat offenbar unrichtig sororum. Nach dem Copial-Buch des Kl. Kirchberg im St.-Archiv zu Stuttgart.

40.

27. April 1260 o. O. Pfarrer Diepold in Weildorf (bei Haigerloch) geht einen Gütertausch ein zwischen seiner Kirche und dem Kloster Kirchberg.

Vniuersis praesentem cedulam inspecturis. Diepoldus plebanus ecclesie jn Wildorf Salutem ac noticiam rei geste. Notum facimus quod nos qui pastor ac plebanus ecclesie jn Wildorf dicimur, non isne consilio ac arbitrio virorum proborum atque prudentum super rebus quibusdam ad ecclesiam nostram jn Wildorf olim spectantibus videlicet area in monte Kilperch sita et pratis sub monte, pratum ecclesie in Kilperch contingentibus, et agro sub eodem monte juxta piscinam nec non silua que uocatur collis Sanctj petrj et medietate jugeris prope curtim wilon non coacte sed uoluntarie juxta formam juris canonicj transegimus permutationem et concambium ad utilitatem nostre ecclesie pro rebus aliis melioribus scilicet vno prato jn hvsertal et duobus agris prope villam gruren, nec non silua que uocatur lindiloch ac medietate vnius jugeris cum religiosis . . priorissa et Conuentu sororum jn Kilperch excluso totius doli scrupulo facientes. Protestamur nichilominus tenore praesentium id ipsum factum nos ratum ac firmum in perpetuum habituros. Actum anno dominj M⁰.cc⁰.Lx⁰. v. Kal. Maij.

Von dem Original im St.-Archiv zu Stuttgart. Das Siegel ist abgerissen. Außen steht von gleich alter Hand: „des von mulhusen brif vmb den wehsel von wildorf.“

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

41.

27. Apr. 1260 o. O. Gr. Albert von Hohenberg gibt seine Zustimmung, als sein „**patruus**“ Pfarrer Diepold von Weildorf (bei Haigerloch) namens seiner Kirche mit dem Kl. Kirchberg einen Gütertausch eingeht.

Vniuersis presentem cedulam inspecturis Albertus comes de Hohemberch Salutem et noticiam rei geste. Notum facimus, quod Diepoldus patruus noster plebanus de wildorf, quedam bona eidem ecclesie attinentia ad utilitatem eiusdem ecclesie de prudentum et bonorum consilio pro quibusdam bonis ecclesie et Conuentus in Kilperch secundum formam subscriptam absque coactione et precibus inportunis libere et absolute de consensu et uoluntate uenerabilis domini Eberhardi Constantiensis Episcopi permutauit, accedente insuper consensu et noluntate nostra et subditorum eiusdem ecclesie in wildorf, qui eciam cum fideles essent eiusdem ecclesie utpote censuales et subditi eandem permutationem ad utilitatem sue ecclesie de consensu et permissione memorati conuentus de Kilperch fideliter taxauerunt. Talis autem fuit permutatio supradicta. Pro area in monte Kilperch sita et pratis sub monte contingentibus pratum ecclesie in Kilperch et agro sub eodem monte iuxta piscinam. Item pro silua que uocatur collis sancti petri et medietate unius iugeris prope curtim wilon dedit priorissa et conuentus sororum de Kilperch sepedicte ecclesie in wildorf vnum pratum in husertal et duos agros prope uillam Grv̊ren. Item siluam que uocatur Lindiloch et medietatem unius jugeris que omnia secundum estimationem fide dignorum uirorum eiusdem ecclesie in wildorf subditorum predictis bonis a memorato D. plebano in wildorf ecclesie in Kilperch assignatis in ualore unius marce argenti et amplius excedebant. In cuius rei testimonium postularunt partes sigillis domini Episcopi Constantiensis et nostro presentem cedulam consignari. Testes huius contractus sunt Henricus dictus wirselin, Manegoldus filius suus, et Rv̊degerus cirurgicus ciues de Heigerloch, Chv̊nradus filius ymme, wernherus dictus vuller de Grv̊ren. Henricus villicus et henricus dictus Dahemmer de wildorf et omnes censuales eiusdem ecclesie in wildorf et alii quamplures. Actum anno domini M⁰. CC⁰.LX⁰. v. Kal. Maji.

V. d. Orig. im St.-Archiv zu Stuttgart. Ueber diesen Tausch sind zwei ganz gleich lautende Urkunden des Gr. Alb. v. H. von demselben Jahr und Tag vorhanden.

Die Siegel sind (an beiden) mehr oder weniger beschädigt, und von rother Masse; der Reiter bietet auf beiden dem Beschauer die linke Seite, daher man auf dem Schilde deutlich die hohenberger Quertheilung sieht; in der Rechten hält der Reiter eine Lanze;

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

auf einem Exemplar erkennt man den mit Pfauenfedern in Form eines halben Rades besteckten Helm; von der Umschrift ist auf einem Siegel blos noch comitis, auf dem andern S. comitis alberti de . . . zu lesen.

42.

1262 o. T. Rotweil. Gr. Albert von Hohenberg stellt dem Kl. Rotenmünster zu dessen Sicherstellung eine Urkunde aus über eine Schenkung Ritter Alberts und Volkards von Suntheim, welche schon unter seinem Vater gemacht worden war.

Albertus preclarus Comes de Hohenberc, vniuersis presentium inspectoribus notitiam rei geste pleniorem. Scire cupimus vniuersitatem vestram quod Albertus Miles et Volcardus frater suus dicti de Sunthain in presentia pie memorie Comitis Burchardi dei gratia patris mei Curiam in Vogingen cum omnibus appendiciis suis, quam proprietatis jure et iusto titulo et bona fide possederunt pro remedio animarum suarum et parentum suorum sollempni donatione contulerunt. Abrenuntiantes omni juri pro se et heredibus eorum, quod videbantur, vel videntur, in dicta Curia, vel suis appendiciis possidere. Ad peticionem igitur venerabilis Abbatisse et conuentus dicti Monasterii, et ad renouationem ipsius facti, ne filii prefati Volcardi Militis, vel alii calumpniatores vlli in rebus prefate Curie et in donacione iam dudum sollempniter facta, vllam moueant, vel mouere debeant questionem, presentem litteram Sigillo nostro et Sigillo Volcardi prefati Militis fecimus communirj. Datum apud Rotwil. Anno Domini. M⁰.CC⁰.L.X⁰. Secundo. Indictione. VI^a.[1] coram testibus subscriptis [2].

Copial-Buch des Kl. Rotenmünster.

[1] Zu 1262. — 5. (nicht 6.)

[2] Das Copial-Buch hat die Zeugen nicht.

43.

17. März 1263 o. O. Die Grafen Rudolf von Tübingen, Heinrich von Fürstenberg und Albert von Hohenberg urkunden, daß ihre Dienstmannen Bertold und Albert von Haiterbach mit ihrer Erlaubniß ein Gut Reuthin bei Bondorf an das Kloster Kirchberg verkauft haben.

Vniuersis presentem cedulam inspecturis Rv̊dolfus comes de Tuwingen, Henricus comes de vurstemberch, et Albertus comes

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de Hohenberch, Salutem et ueritatis testimonium acceptare. Notum facimus, quod dilecti nobis Bertoldus miles et Albertus frater eiusdem dicti de Heiterbach, ministeriales nostri, de consensu et uoluntate nostra predium suum in Rivthi, prope villam Bondorf situm, pro octoginta marcis argenti vendiderunt priorisse et conuentui deuotarum in Christo sororum ordinis sancti Augustini sub cura et regimine fratrum predicatorum in Kilperch degentium constantiensis dyocesis, et per manus nostras ipsum predium absque omni diminutione et contradictione seu scrupulo eisdem sororibus transmiserunt ab ipso conuentu, sine omni impedimento heredum quorumlibet libere et absolute in perpetuum possidendum. In cuius rei testimonium presentem cedulam ipsis dedimus sigillorum nostrorum munimine roboratam. Actum anno domini M°.C.°C°.LXIIj°. Indictione vj.ª Sabbato ante festum sancti Benedicti. Presentibus dominis et militibus, Hugone et Rv̊dolfo comitibus de Tuwingen, fratre Friderico de ordine hospitalis sancti Johannis, quondam dicto de v̊tingen; Steimaro milite fratre eiusdem, Hugone milite, filio aduocati de Wellehusen, Brankelino milite de Bondorf, Henrico milite dicto Crǒwel, Henrico milite dicto Sleice, Wernhero milite de Jhelingen, Henrico milite de Bivrron, Menloho milite de Tetelingen, friderico pincerna de Nagelte, Chonrado milite de witingen dicto Lamph. Volmaro de Heiterbach, Petro de Eppendorf, Markwardo de witingen et alii quampluribus fide dignis.

V. d. Orig. in der Registratur des Hof-Cameralamts in Herrenberg. Von den Siegeln ist nur noch der Pergamentstreifen des ersten Siegels vorhanden.

44.

25. Juli 1263 o. O. Uebereinkunft zwischen dem Kl. Kirchberg und dem Weber Hildebold in Haigerloch, Güter in Seebronn betreffend.

Vniuersis presentem cedulam inspecturis Priorissa et Conuentus sororum in Kirchperg salutem et noticiam rei geste. Notum facimus quod nos dilectis in Christo Hildeboldo textori et uxori eius Gerdrudi in Haygerloch promisimus bona fide, quod de bonis nostris in Sebrunnen que a conuentu sororum de wilar pro. L. libris Tuwingensium comparauimus, de quibus iam dicti coniuges xxx libras Tuwingensium persoluerunt deductis duabus partibus de redditibus siue fructibus eorundem bonorum, nos eisdem Hildeboldo et Gerdrudi tres partes reddituum eorundem singulis annis persoluemus hoc adhibito moderamine quod altero ipsorum ex hac luce

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

subtracto quarta pars redditiuum, quos ipsi a nobis perceperant annis singulis, ad nostrum conuentum libere deuoluetur. Si uero ambo decesserunt medietas redditiuum, quos perceperant, ad nos iterum pertinebit, reliqua uero medietas ad pueros ipsorum, si quos tunc habuerint, deuoluetur. Si autem absque puerorum successione decesserint vel etiam pueri, quos post se successores reliquerint, de hac luce migrauerint, predicti redditus integre et absque omni diminucione ad nostrum conuentum libere deuoluentur, nec ad quemquam alium heredum ipsorum post obitum ipsorum seu puerorum de cetero pertinebunt. Ceterum tenore presentium declaramus, quod nos absque omni condicione etiam ante conuentionem huius, ipsis promisimus bona fide, quod si alter ipsorum decesserit nos alterum qui superstes remanserit, si ad nos transire uoluerit, in nostrum collegium recipere deberemus. In cuius rei testimonium presentem cedulam sibi dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Actum anno domini M⁰CC⁰LXIII⁰ Indictione VI^a in die Sancti Jacobi apostoli.

Nach dem Copial-Buch des Kl. Kirchberg.

45.

1. Febr. 1264. Rotenburg. Gr. Albert von Rotenburg entscheidet einen Streit zwischen dem Kl. Kreuzlingen und seinen Unterthanen von Sülchen und Kübingen, in Betreff einer Wiese bei dem Burtenle zu Gunsten des ersteren.

Omnibus Christi fidelibus presentes literas inspecturis. Albertus nobilis divina gratia comes de Rotinburg salutem in domino Jesu Christo et notitiam subscriptorum. Noverint universi praesentes litteras inspecturi, quod cum dilecti in Christo abbas et conventus monasterii de Cruzilino homines nostros de Sulchen et de Chubingen coram nobis traxissent in causam pro eo, quod quoddam pratum situm in Staina juxta locum quod Burtenle nominatur ipsis abstulerunt, asserentes quod ad communem pascuam animalium ipsorum pertinet. Nos auditis hincinde propositis, quia ex parte dictorum abbatis et conventus sufficienter extitit probatum quod praedictum pratum nomine sui monasterii quadraginta annis et citra sine omni interruptione quiete et pacifice possederant, habito consilio discretoque ipsum pratum sepedicto monasterio finaliter adjudicamus, antedictis hominibus nostris in hac quaestione perpetuum silentium imponentes. In cujus facti testimonium praesentes litteras

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nostro sigillo roboratas ipsis in testimonium concedentes. Datum Rotenburc anno domini m⁰.cc⁰.LXIIII⁰. kal. Febr. Indict. VII.

V. d. Orig. im Kreuzlinger Archiv. Eine Abschrift hievon auch im Wurmlinger Diplomatar.

46.

13. März 1264. Winterlingen. Littera Anshelmi et Anshelmi patruelis de Jvstingen et Alberti militis de Eberhartswilar super possessiones in Richenbach. Dat. in villa Winterlingen anno dominj M.°cc.°Lxiiij. iii. Id. Marcij.

Presentibus testibus subnotatis et rogatis uidelicet Nobili uiro Berhtoldo de Mulhusen patruo comitis alberti de Hohenberge et Nobilibus uiris Burchardo et fratre Eberhardo de Jvngingen, Hainrico de wildenvels, Chvnrado de Waelelingen, Wernhero de hohenstein militibus, Heinrico filio domini Burcardi de Tierberg, Chvnrado filio domini Hainrici de Tierberg.

Cod. Salem. II. Fol. 163. Im Landesarchiv zu Karlsruhe.

47.

30. März 1267. Hohenberg. „Freyheit grauff Albrechts von Hohenberg" dem Kl. St. Märgen (bei Freiburg im Breisgau) ertheilt.[1]

Wir Albertus grauff von Hohenberg thund zewissenn vnd veriehen nach lutt vnd sag diß gegenwirtigen brieffs, das wir fur vns vnnd vnnser erben vnd nachkommen versprochen vnd verheissen haben, verheissen vnd versprechenn durch dissen brieff, das gotzhws ze Sant Marien celle in dem Schwartzwald, den abbt vnd conuent desselben gotzhwses, vnd da mit all ir leutt vnd gutt, ligends vnnd farends, lassen onbekümmert vnd vngenotiget, sundern zu bliben vnd ze leben in fride, rast vnd ruwe, also auch bisher bey vnnsern vordern vnd yetz bey vnnsern Zeytten dasselb gotzhws, der abbt vnd conuent, ir lutt vnd gut, in fride vnd ruwe beliben sindt vnd gelept hond. Auch ist da mit zu wissen, das des yetz genanten gotzhwses lutte, die man nent die sell lute, weder vnns noch keinerley menschen verbunden, yetz noch in kunfftiger Zeytt, in dhein wege noch wyse ze dienen, wedder mit lib noch mit gutt, wan dieselben sellute von recht sind vnd zugehorent dem vorgenanten Abbt vnd conuent des gotzhuses ze Sant Marien zelle, demselben abbt vnd conuent dieselben seellutte in allen sachen vnd dinsten

[1] „Vs latin transsumirt in disses tutschlut. der original, ligt hinder denen von Fryburgk."

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mit recht verbunden sint willig vnd gehorsam ze sin. Dem yetzgenanten abbt vnd conuent ist ouch erlaubt vnd hond des macht vnd vollen gewalt, nach irem willen dieselben sellutt an lieb vnd an gutt zebruechen, zeniessen, vnd hoch vnd nider schetzen, wie es inen fugt vnd eben ist. Wer aber, das es sich fugtte, das wir oder vnnser erben vnd nachkommen vnsere recht, die wir zu dem vorgenanten gotzhws habent, vns entpfremdten mit vorkäuffen oder hingeben, so sol der oder die, wer die sindt, die sich vnnser rechten vnderwundene oder vnderzogen hond, in kouffes oder gebens weys, des vorgenant gotzhws, den abbt vnd conuent, ir lutt vnd guttere, lögendes vnd varendes, loßen biben (sic!) by iren rechten, also sie belieben sint von vnnsern fordern, vnnd von vns bisher vff ditzs zytt. Wer aber yemant, der annders vnd darwidder tätige vnd das Vorgenanten gotzhws, den abbt, conuent, ir lutt, ir gutt nit lies beleiben by iren rechten intraghalb, den ze stund so mag derselb abbt vnd conuent inen selbs vnd iren gotzhws einen andern frommen, getruwen, vnstraffbaren, wysen erwelen ze einem Vogt, wen sy wollend vnnd inen eben ist, an aller meniglicher widderrede, sumung vnd irrung noch dem vnd begriffen vnd geschriben ist in den freiheiten, die inen von dem romischen stull gegeben sind. Des alles zu vrkund vnd zugnüs so ist vnnser innsigell gehenckt an dissen gegenwurtigen brieff. Geben zu vnser Burg Hohenberg vff den sechsten tag nach vnnser frowen tag in der vasten genant tert. Kalendas Aprilis, in der zytt als man zalt von der gepurtt vnnsers herrn zwellffhundert vnd siben vnd sechtzigk jare.

Aus dem Fragment eines Cartulars des Kl. St. Märgen p. 41. Im G. L. Archiv zu Karlsruhe.

48.

„Copia Dünckrodels im Attenthal.“ Ohne Jahr.

Item so ist dis daz gut zu Attenthal, das hienach geschriben stadt. die gebüwen die gend järlich iij lib. und iiß und iiii ß und iiii Mutt habern an sant Remigen tag xß alder ein herberge sünders Walther wil; swer uf der vogtey sitzet, der git zer fasnacht ein hun, und swer desselben guts öt verkouffet, das zem selben lehen gehört, der soll den dritten ß gen. Diß gut ze Attenthal, das ist mann lehen vom graven Albrechten von Hohenberg, und dirre jeglicher, so er stirbet, der git das beste houbet ze falle, so er denne het. ist ouch, daz ein frembder Mann darkumet, und in der Dot da begreiffet, der git ouch das beste houbet, das er het, alder das beste gewand. So git Welch von Wiseneckhe viß und iii huner jerlich von dem gute, das do lit under Wiseneckhe, das da Cunrat selige der .... hate, das gerichte zu Attenthal dübi und freveli, das ist ouch Walthers von Valckenstein und der bach ze Attenthal und der bann ze Attenthal. Item diß sind Walthers von Valkenstein

rechte, die er het ze Attenthal, das gericht ist sein von Ebneter bann vnnz an Zarter bann, und als der Eschbach dozwischent gatt, u. als die schneschleiphina gandt in Attenthaler bann und dazwischendt die v̊beli und freueli sind sin über die gut, die da ligent und holßunan und v̊berfenge alle gebotte sindt da sin über steg und über weg; stirbe ouch in demselben banne ein darkommender mann, so ist das beste houbet, das er denne verlassen het, das ist auch desselben Walthers von Falckenstein, es keme denn ein nachvolgender herr, swas gut da in demselben bann lit, davon sol man niemand klagen, wan demselben Walther von Falckenstein die lüte, die in demselben bann gesessen sindt, die sollendt dri stundt in dem jar gen Zarten in den Dünkhof gon, so da gedinge ist, und sindt darüber nütes gebunden, darzugende, es were denne umb einen dip oder umbe einen schedlichen man, denn man verderben welte, so soll man in dargebieten. Wenn ouch ein frembder Man har gen Attenthal kumt u. sich meint do zu betragent und sein selbs muß u. brodt isset, der soll die gebursami halten, es sig mit gericht gon, als mit weg und steg zu besseren, und zu allen gebotten gehorsam sein, und soll dem herrn schweren, dienstbar sein u. gehorsam sinen gebotten. Vndt sindt die güter in demselben bann ligendt un begriffen sindt, bann haben von sant Jörgen tag bis uf sant Gallen tag verbannen sin, also das niemant dem anderen soll varen vf sin matten, noch uff sin ackher, noch uf sot als uf mot, aber die hölzer sonnt kein ban haben mit der weid, es soll ouch jederman sin ackher und matten, und gärten gegen der allmend vermachen, und welcher das nit tet, der besseret dem herrn vβ rappen, und soll üdt die gebursami die allmendt straß in eren haben, daß man gefaren mag mit karen und wegen. überseyti oder übermaiti einer den andern, daß ers nit möcht vertragen, der soll zwen des gerichts darzu nemmen, die sollen denne by den eyden, u. wenn er will, daß man inne sage, was der schad sig, so soll er denselben küstern vi rapen pfennig geben, so sonndt sy inne denn sagen, wie er den schaden gelten soll, so soll er uf stundt mit dem, dem der schad geschehen ist, über komen, und deth er es nit, daß es dem herren geklagt würde, so besseret er dem herren vβ und dem gericht iiiβ. Item hauwet ouch einer dem andern sein holz ab und wird daran ergriffen, oder dem herrn geklagt, der bessert von eim eichenen oder von einem dännin holz und von eim kürschbaum, von jedem stockh ein ℔ rapen, und von eim fuder brennholz iii rapen, und von eim hundert reifstangen x viii ₰.

Aus dem Cartular des Kl. St. Märgen.

49.

8. Sept. **1267** o. O. Walther, „nobilis" von Dürbheim (O.A. Spaichingen), verzichtet unter dem Siegel des Grafen Heinrich von Fürstenberg und der Stadt Villingen zu Gunsten des Kl. Kirchberg (O.A. Sulz) auf seine lehensherrlichen Rechte an einen Hof zu Heinstetten (bad. Amts Meßkirch).

Vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis. Waltherus. Nobilis dictus de Durrehain. Salutem amiciciam et fauorem. Nouerint vniuersi presentium inspectores quod nos. Waltherus nobilis de Durrehaim. Curiam sitam in Honsteten iure feodali ad nos legitime pertinentem venerabilibus in domino .. Priorisse et Conuentui sororum monasterij de Kylchberg. libere resignamus omnj iure nostro quod in eâdem habuimus ob remedium anime nostre et progenitorum nostrorum pariter resignantes. Testamur insuper litteras per presentes vt nullus audeat prefatum Monasterium in iam dicta curia nomine nostro aliquatenus molestare. In cujus rei testimonium et munimen presentem cedulam conscribi fecimus sigillis. domini. h. Comitis de Fúrstenberg et Ciuitatis de vilingen. fideliter roboratam. Actum. Anno dominj. M⁰.CC⁰.LX⁰.VII⁰. Infra octauam Natiuitatis Beate Marie virginis. Testes autem huius rei sunt. plebanus. ecclesie in Durrehain. dominus. C. Scriba. Hainricus Scultetus. dictus Bargeli. Cůnradus. Scultetus. Cůnradus. Hamerli. Hainricus Laecheler. Otto filius Sculteti. Fr.·. waltherus. conuersus et ceteri quam plures ciues de vilingen. fide digni.

V. d. Orig. im St.-Archiv zu St. Das gräfl. Fürstenberg'sche Siegel zeigt in dem am Rande verzierten, herzförmigen Schilde den Adler. Das andere Siegel fehlt.

50.

1267 o. T. u. O. Konrad, genannt Heinbold, „villanus" in Wurmlingen (O.A. Rotenburg), vermacht unter Gr. Alberts von Hohenberg Siegel dem Kl. Kirchberg zwei Drittel von seinem Vermögen.

In nomine patris et filij et spiritus sancti. AMEN. Vniuersis Christi fidelibus ad quos presens littera peruenerit, Cv̊nradus dictus Heinboldus villanus jn wurmelingin. noticiam rej geste. Que geruntur in tempore ne simul labantur cum processu temporis confirmare solet robur testium et perennitas litterarum. Nouerint igitur vniuersi quod ego de libero ac communj consensu Hedewigis vxoris mee omnes possessiones et res meas tam mobiles quam inmobiles. quas in presenti habeo uel post-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

modum dante deo habiturus sum Sic ordinaui sicque disposui, quod tercia pars bonorum meorum omnium ad ipsam meam coniugem pertineat, duas uero reliquas partes pro remedio anime mee tenore presencium dono proprie ac voluntarie reuerende domine Priorisse ac Religioso conuentui monasterij in Kilchperg et nunc et in posterum possidenda, vt ex ipsis possint sine omni preiudicio quolibet inpedimento remoto facere ac disponere sicut eorum placuerit voluntati. Presentibus quoque contestor, quod post mortem meam apud prefatum monasterium volo et ex nunc eligo sepeliri. Acta sunt hec Anno dominj M⁰.C⁰C⁰.LXV⁰II. Indictione X^a., presentibus viris nobilibus. Dietrico, Milite, dicto Blarrer, Walthero et Reinhero fratribus suis, Eberhardo milite de Wurmelingin, Item Steinmaro. et Aspriano et Weiniko, item Heinrico dicto akkergank et alijs quam pluribus fide dignis. Hanc autem donationis mee litteram ad maiorem certitudinem voluj Sigillo comitis alberti de hohemberg ac Priorisse in Kilchperg firmius roborarj.

V. d. Orig. im St.-Archiv zu St.

An einem Pergament-Riemen hängt das runde, aus rother Erde geformte Sigill des Grafen von Hohenberg, welches einen heraldisch rechts galloppirenden Reiter mit dem Wappen des Hohenberger Schildes und die Umschrift zeigt: SIGILL. . ALBERTI . COMITIS . DE HOHENBERG.

51.

21. März 1268 o. O. Graf Albert von Hohenberg verzichtet zu Gunsten des Klosters Kirchberg auf sein Eigenthumsrecht an einen Weinberg und Obstgarten bei Wurmlingen, welche Ritter Eberhard von da und dessen Sohn von ihm zu Lehen getragen, aber an das genannte Kloster verkauften.

Vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis. Albertus, Comes de Hohenberg, salutem beniuolentiam et honorem. Labente tempore labuntur pariter et humani contractus, nisi muniantur dictis testium et robore litterarum. Nouerint igitur presentes et posteri presentium inspectores, quod nos vineam et pomerium situm Wrmelingen in Phaffenberg ab Eberhardo milite de Wrmelingen et filio suo Reinhardo, nec non et a nepotibus suis Reinhardo et vriderico, dictis de Bondorf in nostram proprietatem recepimus, omne ius infeodationis, quod a nobis habuerant dictis in manu nostra libere resignantibus, pariter resumentes. Et quoniam dilecte nobis in domino . . Priorissa et Conuentus monasterij in Kylchberg prefatam vineam cum omni iure suo a prenominatis E. milite et suis nepotibus titulo publice et iuste emptionis sibi comparauerant, nec poterant absque nostra largitione et assensu libere possidere,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

omne ius nostrum, quod in eisdem possessionibus habuimus uel habere potuimus, dicto Monasterio ob remedium anime nostre libere resignamus et hanc ipsam resignationem per fidelem nostrum nepotem Ber. nobilem de Mulhusen et per Hermannum, conuersum ipsi Monasterio destinamus. In cuius rei euidentiam pleniorem et testimonium sempiternum presentem paginam nostri Sigilli munimine iussimus roborari. Testes huius contractus sunt Ber. nobilis de Mulhusen . . . Pincerna de Nagelt et Fridericus Pincerna. Burkardus. miles de Lustenŏwe, Hugo Boyhart. et hermannus conuersus. et ceteri fide dignj. Actum anno dominj. M⁰.CC⁰.LX⁰.VIIJ⁰. in festo Sanctj Benedicti.

V. d. Orig. im St.-Archiv zu St.

An einem Pergamentriemen hängt zu zwey Dritttheilen noch das runde aus rother Erde geformte Sigill des Grafen von Hohenberg mit einem rechts galloppirenden Reiter, in dessen Schilde das Hohenberg. Wappen. Von der Umschrift ist noch übrig: . . . . . RTI . COMITIS . DE . HOHENBERG.

52.

21. Juli 1268 o. O. Graf Albert von Hohenberg ist anwesend, als Ritter Albert von Werbenwag zu Gunsten des Kl. Kirchberg auf seine Rechte an demselben geschenkte Güter verzichtet, und siegelt die hierüber ausgestellte Urkunde.

Vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis Albertus miles de Werbenwâg salutem et notitiam subscriptorum. Nouerint vniuersi presencium inspectores, quod ego Albertus miles de Werbenwâg omne ius inpetitionis seu actionis, quod habui uel habere potui contra monasterium dilectarum in domino. Priorisse et Conuentus de Kilchperg super possessionibus seu testamento relicte quondam werdelini ciuis in Rotwil ad idem monasterium quocunque pacto deuolutis resigno libere et absolute jnsuper et Curiam earundem Priorisse et Conuentus sitam in Balgingen et omnes possessiones ipsarum liberas esse censeo nomine meo et omnium heredum meorum et hoc publice protestor litteras per presentes. Dicte uero Priorissa et conuentus decem marcas argenti mihi dabunt et sic omnis actio mea contra ipsas penitus est sopita. Vt autem hec premissa robur obtineant perpetue firmitatis hanc paginam dicto monasterio tradidi Sigillo domini Alberti Comitis de Hohenberg fideliter roboratam. Acta sunt hec Anno dominice incarnationis M⁰.CC⁰.LXV⁰III. in uigilia sancte Marie Magdalene. Testes uero huic composicioni presentes sunt dominus albertus Comes de Hohemberg, Albertus aduocatus de wellehusen

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et filius eius Hainricus, miles Steinmarus de útingen et fratrus (sic!) eius Fridricus, Conradus dictus lamp de Tettingen, Reinherus de Wytingen, Haïnricus de Búrron, Wernherus de hatterbach, Petrus de Tettingen, Hugo de Werbenwâg milites, Sculetus de Haygerloch, Manegoldus et Burkardus ciues dicti Wirselini et alii quam plures ciues et milites fide digni.

Kirchberger Copial-Buch. Fol. 100 a.

53.

24. Juli **1268** o. D. Graf Albert von Hohenberg siegelt die Urkunde, nach welcher Burkard, genannt Vssar, Ritter von Hohenberg, gegen eine Entschädigung auf seine Ansprüche an diejenigen Güter verzichtet, welche dessen Bruder, Dekan von Schönberg, an das Kloster Kirchberg geschenkt.

Notum sit omnibus presens scriptum inspecturis quod ego Burkardus dictus Wssar miles de hohenberg dilectas in domino Priorissam et Conuentum de Kilberg liberas esse pronuncio ab omni jure impeticionis et ab omni exactione quam habui uel habere poteram contra ipsas super possessionibus quas dilectus frater meus decanus quondam et plebanus ecclesie in Schonberg predictis Priorisse et Conuentui ob remedium anime sue adhuc viuens et sui iuris existens libere contulerat et absolute. et hoc ipsum protestor publice litteras per presentes. Vt autem dicte Priorissa et Conuentus prefatas possessiones liberius et quiecius possideant in posterum quinque markas argenti michi tradiderunt super huiusmodi contractu[1] instrumentum firmitatis a me cum debita instancia postulantes. Ne autem super hoc per me uel heredes meos ipsis in posterum preiudicium aliquot generetur, hanc paginam ipsis tradidi. Sigillo domini Comitis Alberthi de hohenberg fideliter roboratam. Acta sunt hec anno domini M⁰.CC⁰L⁰XVIII⁰. In uigilia sancti Jacobi apostoli presentibus domino Albertho Comite, Berngero nobili de Entringen, Albertho et Hugoni[2] militibus de Werbenwâg et Sculteto de Haygerloch et alijs quam pluribus militibus et ciuibus fide dignis.

Kirchberger Copialbuch Fol. 107 a.

[1] Das Copial-Buch hat contracta.

[2] Sic!

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

54.

27. Jan. 1269 o. O. Walger von Bisingen (O.A. Hechingen) urkundet, daß er einen Hof sammt Mühle seinem Herrn Albert von Gottes Gnaden Grafen von Hohenberg aufgesagt, und mit dessen Hand zu seinem Seelenheil dem Kloster Kirchberg zum Eigenthum übergeben habe.

Cum memoria hominum sit labilis et variabilis cupio, ut per presens scriptum series veritatis posteris innotescat. Nouerint igitur quibus nosce fuerit oportunum, quod ego Walgerus de Bisingen Curiam meam sitam (sic!) holtzhain et molendinum ad manus domini mei resignans et cum manu Alberthi dei gratia comitis de Hohenberg in remedium animarum parentum meorum et mei dominabus siue conuentui de Kilchperg iure proprietatis confero et resigno. Verumque ne aliqua columpnia de me uel heredibus meis dominabus siue conuentui de Kilchperg super huiusmodi facto in posterum oriatur, placuit presentem cartulam ad rei testimonium sigillorum Alberthi dei gratia Comitis de Hohemberg mei quoque inpressione siue munimine roborari. Huius rei autem testes sunt prius dictus Alberthus de Hohenberg, Bertholdus nobilis de Mûlhusen, Diepoldus miles de Bernhusen, Alberthus miles de Sunthain, Ego Walgerus de Bisingen, Eberhardus de Rordorf, Scultetus de Schonberg et Hainricus villicus de Toternhusen et frater waltherus de Kilchperg. Acta sunt hec anno domini M⁰. cc⁰. Lxviiij⁰ proxima die dominica ante purificationem beate virginis.

Kirchberger Copial-Buch Fol. 107 a. b.

55.

11. Mai 1269 o. O. Berthold von Mühlhausen verzichtet auf seine Rechte an die Mühle, welche der St. Katharinen-Spital zu Eßlingen vor dem Mettinger Thor daselbst gebaut hatte.

Nouerint vniuersi quod nos Ber. de Mulhusen presentibus protestamur et fideliter profitemur omne ius quod nobis in Molendinô nouiter per hospitalarios iuxta Molendinum W. dicti Hohsliz extra muros Ezzelingen versus Metingen edificato conpetebat, pauperibus eiusdem hospitalis in Ezzelingen ob reuerentiam beate Katherine et pro remedio anime mee libere resignasse. promittens bona fide quod quandocunque Rex Romanus a principibus (sic!) electus et confirmatus in partibus Sweuie siue alibi in Regno suo morarj contigerit, idem feodum bona fide in predicto

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

molendino dictis pauperibus per manum nostram uel alicujus ministerialis Imperij siue Regnj libere donarj ab ipso Rege tenemur, ita quod idem negocium Molendinj per nos sine dolo et fraude plenius expediatur. Huius rej testes Swicgerus de Blankenstein. Cv̊no de Mulhusen. M. in Cimiterio. Truheliebus. Joh. F. in vico Kilsso. Eb. Schuhelin et alii quam plures. In cujus rej euidenciam presentes sigillo nostro dicti S. Buchardi de Mulhusen et ciuium in Ezzelingen roboramus. Acta sunt hec anno domini M. cc. Lxix. v. Id. Maij Indictione xij.

V. d. Orig. im St.-Archiv zu St. Das Siegel des B. v. M. ist dreieckig, hat 3 über einander stehende Mühleisen und die Umschrift † S. B'toldi d' mullusen. Das des L. v. M. gleichfalls dreieckig ist vielfach quadrirt. Das Siegel des S. v. Bl. ist rund, größer als die andern und hat in dem dreieckigen Schilde einen Keil, dessen Spitze im linken obern Ecke ist.

56.

25. Okt. 1269 o. O. Albert, Burkard und Ulrich, Gebrüder, von Gottes Gnaden Grafen von Hohenberg, urkunden, daß Walger „nobilis" von Bisingen (O.A. Hechingen) einen Hof sammt Mühle bei ihrer Stadt Schömberg (O.A. Rotweil), welchen er von ihrem Hause als Erblehen besessen, an das Kl. Kirchberg verkauft, und sie solches diesem geeignet haben.

Vniuersis presentium inspectoribus Alberthus, Burkardus, Vlricus, fratres dei gratia Comites de Hohenberg, salutem et noticiam rei geste. Nouerint vniuersi quibus nosce fuerit oportunum, quod cum walgerus nobilis de Bisingen curiam sitam prope nostram ciuitatem Schonberg dictam Degenhardi a nobis et nostris progenitoribus iure hereditario possessam legittime vendidit venerabilibus priorisse et conuentui monasterij in Kilchperg cum molendino eidem curie adiacente pro certa pecunie quantitate ac eandem curiam in manus nostras libere cum omni iuris forma totaliter resignauit multis probis presentibus et honestis. Nos prefati Walgeri precibus inclinatiante dictam curiam predicto monasterio obseruata omni sollempnitate et conswetudine que de iure fuerant in huiusmodi facto obseruanda, concessimus iure hereditario perpetuis temporibus possidendam, libere pacifice et quiete. Et ut hec firma rata permaneant et inconcussa, presens instrumentum dicto monasterio tradidimus nostrorum sigillorum munimine roboratum. Acta sunt hec anno domini M⁰. cc⁰. lxviiij⁰ jn die Sanctorum Crispini et Crispiani, presentibus testibus tribus predictis comitibus, wernhero dicto Zymerli, plebano de Stainhofen, walthero ministro de Rotemburg, Cunra-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dus[1] minister antiquus, ipse walgerus nobilis, waltherus conuersus et alij plurimi fide digni qui hijs presentibus affuerunt.

Kirchberger Copial-Buch Fol. 107.[a]

[1] Heißt wirklich hier und im Folgenden also.

57.

1269 o. T. u. O. Albert, Burkard und Ulrich, Gebrüder, von Gottes Gnaden Grafen von Hohenberg, eignen dem Kloster Kirchberg einen Hof bei ihrer Stadt Schömberg (O.A. Rotweil), welchen Walther „nobilis" von Bisingen (O.A. Hechingen) von ihnen als Erblehen besessen, und an genanntes Kloster verkauft hatte.

Vniuersis presentium inspectoribus Alberthus, Burkardus, Vlricus fratres dei gratia Comites de Hohenberg noticiam subscriptorum. Nouerint igitur quibus nosce fuerit oportunum, quod cum waltherus nobilis de Bisingen curiam sitam in nostra ciuitate Schonberg a nobis jure hereditario possessam legittime vendiderit religiosis feminis in Kilchberg residentibus pro certa summa pecunie ac eandem curiam in manus nostras multis probis presentibus et honestis libere cum omni iuris forma totaliter resignauit. Nos predicti waltheri precibus inclinati antedictam curiam predictis mulieribus obsernata omni sollempnitate et conswetudine que de iure in huiusmodi facto consweuit obseruari concessimus iure hereditario libere pacifice et quiete perpetualiter possidendam. Vt hec firma et rata permaneant presens instrumentum tradimus nostrorum sigillorum munimine roboratum. Acta anno domini M.⁰ cc⁰. Lxviiij⁰. Indictione XI[a].

Kirchberger Copial-Buch Fol. 107[a].

58.

19. Okt. 1270 Haiterbach. Graf Burkard von „Nagelte" gibt seine Zustimmung, als Ritter Rudolf von Haiterbach Güter und Einkünfte von solchen in Schwandorf (O.A. Nagold) an das Kl. Kniebis theils verkauft, theils schenkt.

Notum sit vniuersis presentem paginam inspecturis, quod ego Rv̊dolfus miles de Haiterbach nomine meo et Rv̊dolfi et Hermannj filiorum meorum, et Mechtildis vxoris mee, redditus sexti dimidij maltri auene et quarti dimidij solidi twingensis monete de bonis meis, que excolit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hainricus dictus Busche, maltri unius siliginis, et quatuor solidorum Twingensis monete de bonis quorum colonus est Vlricus villicus dictus vf dem buhele annuatim, pratum unum et ortum in uilla et banno Svaindorf, Burchardo sacerdoti prouisori Ecclesie Sancte Marie in Kniebv̊z, nomine ipsius ecclesie pro nouem libris et dimidia twingensis monete vendidi Donans in remedium anime mee de bonis prescriptis redditus duorum solidorum annuatim gratis, simpliciter et propter deum, uenditione et donatione facta inter uiuos, Pure et simpliciter, irreuocabiliter et in totum omne jus et dominium, quod in eisdem bonis habuj et habere debuj, in predictam ecclesiam absolute et libere transferendo. In cuius rei testimonium Sigillum dominj mei Burchardi Comitis de Nagelte presentibus meis precibus est appensum. Nos Burchardus Comes de Nagelte premissam venditionem et donationem fieri concedimus et ratam habemus et nostri sigilli munimine confirmamus. Datum et actum apud Haiterbach in die beati Galli, Anno domini M⁰. CC⁰. LXX⁰. XIIII⁰ Kl. Nouembris. Presentibus venerabilibus viris domino Burchardo Comite de Nagelte, Burc. de Hewen rectore ecclesie in Heiterbach, domino volmaro milite et Dieterico nobili de Haiterbach, domino Cv̊nrado milite de Swaindorf, Eberwino Sculteto de Dornesteten, Alberto dicto Dancolf, Bertoldo villico et fratre ejusdem, Burchardo de Haiterbach, Eberhardo de Lv̊henhart et aliis quam pluribus personis honestis et fide dignis.

V. d. Orig. im St.-Archiv zu St. An der Urkunde hängt ein kl. rundes Siegel mit dem Hohenbergischen Schilde. Die Umschrift heißt aber S. Al. comitis de hohbe.

59.

1270. Eberhard von Täbingen gibt Rotenmünster pro 24 Markh zu kauffen s. hof zu Dormettingen des Maier Heinrichs Hof genant, welchen er von denen von wehrstain zu lehen gehabt, die dann nit allein in den kauff consentirt, sondern die aigenschaft dem Gotteshaus gegeben. Besigeln Graf Albrecht von Hohenberg, Hiltebold, Richard, vnd Johannes von Wehrstain vnd waren gezügen Dietrich Caplon, Bruder Haug Gurt, Bruder H. genannt Canzler, — Conuent-Brüder zu Rot.

Rotenmünster Dokumenten-Buch im St.-Archiv zu St.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

60.

27. Febr. **1271** v. O. Rudolf, Graf von Kiburg und Habsburg, verkauft dem Kl. St. Märgen auf dem Schwarzwald einen Hof in Thiengen (Amts Freiburg), der ihm für das Heirathsgut seiner Gemahlin Gertrud von Hohenberg verpfändet war, mit allen Rechten und Zugehör um **200** Mark Silber unter Zustimmung und Verzichtleistung seiner Schwäger, der Grafen Albert, Burkard und Ulrich von Hohenberg.

Rvdolfus dei gratia de Kibvrch et de Hapsburch comes nec non Alsacie Lantgrauius Vniuersis in Christo fidelibus presentem Literam inspecturis Salutem et notitiam subscriptorum. Ne veritas occultetur, ea que fiunt apud homines scripture consueuerunt testimonio precaueri. Nouerit itaque tam presens etas quam futura posteritas, quod nos Monasterium Celle sancte Marie in nigra silua ordinis sancti Augustini Constantiensis dyocesis specialis amplectentes prerogatiua dilectionis, quamvis ab alijs plus forsan potuerimus habuisse, Curiam nostram in villa Tvngen nobis pro dote Nobilis mulieris Gerdrudis vxoris nostre obligatam, viris religiosis Abbati et Conuentui Mon. Celle predicte de bona uoluntate et expresso consensu G. vxoris nostre predicte et Nobilium virorum fratrum suorum Alberti, Burchardi et Vlrici Comitum de Hohinberg cum hominibus, vineis, pratis, agris cultis et incultis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, nemoribus, molendinis, districtu, Jurisdictione, bannis, honoribus, juribus et libertatibus, predijs, seruitutibus, rusticis et vrbanis, redditibus et utilitatibus quibuslibet quocunque nomine censeantur, vendidimus pro ducentis marcis puri et legalis argenti, quas confitemur esse nobis appensas et plenarie persolutas et in vsus et vtilitatem G. vxoris nostre predicte et puerorum ipsius esse conuersas, predictum .. Abbatem et conuentum in predicte curie districtus bannorum libertatum et aliorum jurium possessionem uacuam inducentes et liberam, nichil nobis seu predictis vxori nostre et fratribus suis in eisdem juris penitus reseruato. Quare nos vna cum sepedictis vxore nostra et fratribus suis pro nobis et nostris successoribus renunciamus exceptioni non numerate pecunie et de argento nobis non appenso uel tradito, beneficio restitutionis in integrum, literis impetratis uel impetrandis, Consuetudini, auxilio juris canonici et ciuilis, actioni cuilibet et generaliter omnibus exceptionibus ac si nominatim et specialiter essent a nobis expresse, per quas quidem predicta venditio posset a nobis uel nostris successoribus in posterum retractari. Nos quoque vna cum Al. et Bu. Comitibus de Hohinberg predictis promisimus et promittimus sepe-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dicto domino Abbati nomine sui Mon. pro nobis et G. vxore nostra predicta et Vl. fratre ipsius et aliis quibuslibet de predictis omnibus et singulis, tam in foro ecclesiastico quam ciuili nos exhibituros debitam warandiam. Nos. G. Cometissa de Hapsburg predicta per juramentum renunciamus exceptioni pro dote seu velleiano. Nos quoque Al. Bu. et Vl. Comites de Hohinberg renunciamus omni juri quod nobis in dicta Curia competebat, Jus proprietatis in predictum dominum Abbatem et Conuentum transferentes, promittentes eisdem, quod de aduocatia nos nullatenus in dicta curia uel suis pertinentiis intromittemus, nisi de consensu abbatis et conuentus predictorum. In horum omnium euidenciam et testimonium indubitatum, presentem confici procurauimus literam Sigillis nobilium uirorum auunculorum nostrorum C. de Friburg et H. de Fiurstenberg Comitum, nostroque et vxoris nostre sepedicte, Al. B. et Vl. fratrum de Hohinberg, nec non vniuersitatis Ciuium in Friburg fideliter communitam. Nos G. Cometissa de Habsburg, Al. Vl. et Bu. fratres predicti prescriptis consensum adhibentes, cum de nostra et cum nostra processerint voluntate, Sigilla nostra duximus presentibus appendenda. Nos C. et H. fratres de Friburg et de Fiurstenberg comites ad petitionem predictorum nobilium virorum R. de Habsburg Al. Bu. et Vl. comitum de Hohinberg sigilla nostra duximus presentibus appendenda. Et nos Scultetus et Consules de Friburg nomine vniuersitatis nostre Sigillum vniuersitatis ad petitionem eorundem duximus etiam appendendum. Datum et actum anno Domini M⁰CC⁰LXX.J⁰. III. Kal. Marcii Indict. XIIIJ.

V. d. Orig. im Landesarchiv zu Karlsruhe. Diese Urkunde ist ziemlich gut abgedruckt bei Gerbert „de translatis Habsburgo — austriacorum principum eorundemque coniugum cadaveribus“. Appendix S. 114.

Siegel der Gertrud: dasselbe — in Maltha — hängt an leinenen, weißen, rothgerandeten Bändeln; auf dem dreieckigen Schilde zeigt sich das Bild eines Vogels mit halb ausgebreiteten Flügeln und habichtartigem Schnabel. Die Umschrift ist sehr verwischt, doch läßt sich noch erkennen, daß sie ohne Zweifel S. Gerdrudis . cometisse . de . Habesbvrch . et Landgravie . Alsacie gelautet hat.

Siegel des Grafen Albert: dasselbe, gleichfalls in Maltha, hängt an gleichen Bändeln, wie das vorige; es ist ein Reitersiegel; der Reiter sprengt rechts hin, sein geschlossener, herausgekehrter Platthelm trägt gegeneinander gekrümmte, mit Pfauenfedern besteckte Hörner; an seiner linken Seite sieht man einen dreieckigen Schild mit der Hohenberger Quertheilung und das Schwert herabhängen. Das Pferd ist bis auf Weniges von den Füßen bedeckt, auch von der Brust desselben flattern Tücher herab; indessen sieht man auf der Decke keinen Wappenschild; auch der plumpe Sattel ist angedeutet. Obgleich der Rand des Siegels ziemlich beschädigt ist, so erkennt man doch die Umschrift: † Sigill . Alberti . Comitis . De . Hohenberc ., in welche die Füße des Pferdes hineinlaufen, noch ziemlich gut.

Siegel des Grafen Burkard: es ist in der Hauptsache beschaffen wie das vorige; der Reiter führt aber in der Linken eine kleine Lanze und die Decke des Pferdes hat

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

an Hüfte und Schulter kleine Hohenberger Schilde; der untere Theil des Schildes, den der Reiter an seiner Linken hat, zeigt sich kreuzende Linien. Der Rand ist noch mehr beschädigt, als an dem vorigen Siegel, doch läßt sich die Umschrift noch finden: † S. Bvrcardi . Comitis . De . Hohenberc.

Siegel des Grafen Ulrich: die Gestalt des Reiters und des Rosses ist deutlich ausgeprägt; die Hörner des Platthelmes zeigen dieselben Striche (Schraffirung) wie der untere Theil des Schildes; der Reiter hat in seiner Rechten eine Lanze, die Linke hält den Zügel. Die Decke des Pferdes hat an zwei Stellen den Hohenberger Schild; unter dem Pferde sieht man 3 Kleeblätter. Von der Umschrift sieht man deutlich nur noch: † S. Vl. comitis de Ho . . . . . Diese Siegel sind abgebildet in Gerbert a. a. O. Tafel II. Zur Zeit der Abzeichnung befanden sich indeß die Siegel noch in besserem Zustande als gegenwärtig.

61.

27. Febr. 1271. Freiburg. Graf Rudolf von Habsburg ꝛc. stellt dem Kl. St. Märgen über den Verkauf des Hofes in Thiengen noch eine besondere Uebergabs-Urkunde aus.

Rv̊dolfus dei gratia de Hapsburg et de Kiburg comes, nec non Alsacie Lantgrauius Vniuersis in Christo fidelibus presentem litteram inspecturis Salutem et noticiam subscriptorum: Ne veritas occultetur, ea que fiunt apud homines scripture consueuerunt testimonio precaueri. Nouerit itaque tam presens etas quam futura posteritas, quod nos Monasterium Celle sancte Marie in Nigra silua ordinis sancti Augustini Constantiensis dyocesis specialis amplectentes prerogatiua dilectionis quamvis ab alijs plus forsan potuerimus habuisse, cvriam nostram in villa Tvngen in Prîscaugia sitam nobis pro dote nobilis mulieris Gerdrudis vxoris nostre obligatam, viris religiosis . . Abbati et Conventui Mon. Celle predicte de bona uoluntate et expresso consensu G. vxoris nostre predicte et Nobilium virorum fratrum suorum Alberti, Burchardi et Vlrici Comitum de Hohinberg cum hominibus, vineis, pratis, agris cultis et incultis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, nemoribus, mollendinis, districtu, iurisdictione, bannis, honoribus, jvribus et libertatibus, predijs, seruitutibus, rusticis et vrbanis, redditibus et vtilitatibus quibuslibet quocunque nomine censeantur, vendidimus et tradidimus pro ducentis marcis puri et legalis argenti, quas confitemur esse nobis appensas et plenarie persolutas et in vsus et vtilitatem G. vxoris nostre predicte et puerorum ipsius esse conuersas, predictum — — Abbatem et conuentum in predicte curie districtus bannorum libertatum et aliorum iurium possessionem uacuam inducentes et liberam, nichil nobis sev predictis vxori nostre et fratribus suis in eisdem iuris penitus reseruato. Qvare nos vnâ cum sepedictis vxore nostra et fratribus suis pro nobis et nostris successoribus renunciamus exceptioni non numerate

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pecunie et de argento nobis non appenso uel tradito, beneficio restitutionis in integrum, litteris impetratis uel impetrandis, Consuetudini, auxilio juris canonici et ciuilis, actioni cuilibet et generaliter omnibus exceptionibus ac si nominatim et specialiter essent a nobis expresse, per quas quidem predicta vendicio posset a nobis uel a nostris successoribus in posterum retractari. Nos quoque vnâ cum Al. et Bur. Comitibus de Hohinberg predictis promisimus et promittimus sepedicto domino Abbati nomine sui Mon. pro nobis et G. vxore nostra predicta et Vl. fratre ipsius et aliis quibuslibet de predictis omnibus et singulis, tam in foro ecclesiastico quam ciuili nos exhibituros debitam warandiam et de euictione nos presentibus obligamus. Nos G. Comitissa de Habsburg predicta per iuramentum renunciamus exceptioni pro dote seu velleiano. Nos quoque Al. Bur. et Vl. Comites de Hohinberg renunciamus omni iuri quod nobis in dicta Curia competebat, jus proprietatis in predictum dominum abbatem et Conuentum transferentes, promittentes eisdem, quod de aduocatia nos nullatenus in dicta Curia uel suis pertinentiis intromittemus, nisi de consensu abbatis et conuentus predictorum. In horum omnivm evidenciam et testimonium indubitatum, presentem confici procurauimus litteram sigillis venerabilis in Christo patris domini nostri, E. dei gratia Constantiensis episcopi nostroque et vxoris nostre sepedicte, Al. Bur. et Vl. fratrum de Hohinberg, ac nobilium virorum auunculorum nostrorum, C. et H. de Friburg et de Fvrstenberg comitum fideliter communitam. Nos E. dei gratia Constantiensis episcopus ad peticionem predicti comitis R. de Hapsburg et vxoris sue G. nostrum sigillum duximus presentibus apponendum. Nos G. cometissa de Hapsburg, Al. Bur. et Vl. fratres predicti prescriptis consensum adhibentes, cum de nostra et cum nostra processerint voluntate, sigilla nostra duximus presentibus appendenda. Nos C. et H. fratres de Friburg et de Fvirstenberg comites ad peticionem predictorum nobilium virorum R. de Habsburg, Al. Bur. et Vl. comitum de Hohinberg, sigilla nostra duximus presentibus appendenda. Testes autem, qui huic vendicioni et tradicioni interfuerunt, sunt hii: C. et H. in Fribur et de Fvirstenberg comites, C. de Herwelingen, clericus, magister C. de Burgowe, magister C. dictus Bvzze, magister Walter, scolasticus in Friburg, Wernherus et Gotfridus milites de Stŏfen, Wernherus et Walter, milites de Valkenstein, . . dictus Mainwart, . . dictus Lango et filius suus R. dictus Reweli. datum et actum in ciuitate Friburgensi sitam (sic!) in Priscaugia, anno domini M⁰. CC⁰. lxx⁰. i⁰. tercio Kalend. Marcii, indictione xiiii^ta.

V. d. Orig. im Landesarchiv zu Karlsruhe.

Mit 8 anhangenden Siegeln, worunter die oben bereits beschriebenen.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

62.

7. März **1271**. Brugg. Gertrud, Gräfin von Habsburg u. s. w. urkundet, daß sie den Hof in Thiengen mit Zustimmung ihres Gemahls und ihrer Brüder an das Kl. St. Märgen verkauft habe.

Gerdrudis de Hapsbvrg et de Kibvrg Cometissa, nec non Alsacie Lantgrauia Universis in Christo fidelibus presentem litteram inspecturis Salutem et noticiam subscriptorum. Ne ueritas occultetur, ea que fiunt apud homines scripture consueuerunt testimonio precaueri. Nouerint itaque tam presentes quam fvturi, Quod nos Monasterium Celle Sancte Marie. In Nigra silua ordinis Sancti Augustini Constantiensis dyocesis specialis amplectentes prerogatiua dileccionis, quamvis ab alijs plus forsan potuerimus habuisse, Cvriam nostram sitam in villa Thvngen In priscaugia, que ad nos ratione dotis vel dotalicij noscitur pertinere, nobis et nostro marito obligatam, viris religiosis Abbati et Conventuj Monasterij Celle predicte de bona voluntate et auctoritate nostri Mariti et advocati R. Comitis de Hapsbvrg et de Kibvrg Lantgrauij alsacie et consensu Nobilium virorum fratrum nostrorum Alberti, Bvrchardi et Vlrici Comitum de Hohinberg cum hominibus, vineis, pratis, Agris cultis et incultis, pascujs, aquis aquarumve decursibus, Molendinis, districtu, Jurisdictione, bannis, honoribus, Juribus et libertatibus, predijs, seruitutibus, rusticis et vrbanis et vtilitatibus quibuslibet quocumque nomine censeantur, spontanea voluntate non vi neque coacta nec aliquo timore precedente vendidimus et tradidimus pro ducentis Marcis puri et legalis argenti, quas confitemur nobis esse appensas et plenarie persolutas a dicto .... Abbate et Conuentu Celle predicte et etiam in nostram vtilitatem et nostri Mariti R. esse conuersas, Predictum Abbatem et Conuentum in predicte Curie districtus bannorum, libertatum et aliorum iurium possessionem uacuam et liberam inducentes, nichil nobis sev nostris successoribus in dicta Curia iuris penitus reservato. Qvare nos de consensu Mariti nostri R. expresso et fratrum nostrorum predictorum pro nobis et nostris succesoribus per iuramentum nostrum corporaliter ad sancta dei ewangelia prestitum, renunciamus exceptionj non numerate pecunie et de argento nobis non appenso vel tradito, beneficio restitutionis in integrum, Litteris impetratis vel impetrandis, Consuetudini, auxilio Juris canonici et ciuilis, actioni cuilibet et generaliter omnibus exceptionibus ac si nominatim et specialiter essent a nobis expresse, per quas quidem predicta venditio posset a nobis vel a nostris successoribus in posterum retractari. Promittimus etiam omnibus supradictis et singulis sepedicto ... Abbatj et Conuentuj nomine Monasterij Celle sancte Marie pro nobis et nostris successoribus et Alijs quibuslibet de supradictis omnibus tam in foro ecclesiastico quam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ciuili nos exhibituros debitam warandiam et de euictione nos et nostros successores firmiter per nostrum iuramentum obligamus. Renunciantes omnj iuri quod nobis in dicta Cvria competebat jus proprietatis vel quodlibet aliud ius in predictum dominum . . . Abbatem et Conuentum hylariter transferentes. Promittentes etiam per nostrum iuramentum quod de dicta Curia in Tvngen vel de suis pertinentijs nullatenus nos intromittemus. In horum omnium euidentiam et testimonium indubitatum duximus presentem litteram nostrj sigilli munimine roborandam. Testes autem qui huic venditioni et traditioni interfuerunt sunt hij. C. clericus de Herwelingen, Hartmannus de Baldegge et dictus . . . de ostra milites. Datum et actum in Brvgge, Anno dominj M⁰. CC⁰. LXX⁰J⁰. Nonas Marcij, Indictione XIIIJ.

V. d. Orig. im Landesarchiv zu Karlsruhe, mit den Siegeln der Ausstellerin und der übrigen Betheiligten.

63.

13. Dez. 1272. Waldeck. Albert, Vogt von Waldeck, urkundet unter dem Siegel Alberts, eines Freien von W., und dem des Grafen Albert von Haigerloch, daß er seinen Hof zu Eutingen an das Kloster Kirchberg gegeben habe.

Nouerint vniuersi presentium inspectores, quod ego Albertus dictus Aduocatus de Waldegge curtim meam quam habui propriam jn Vting(en) tradidi cum consensu puerorum meorum venerabilibus in Christo ac deo dilectis Methildi Priorisse et conuentuj Sororum jn Kilperch de Ordine fratrum predicatorum jure perpetuo possidendam, obligans me tenore presentium cum filiis meis omni homini prefatas sorores de predicte curie proprietate jnpedienti sub Apotheca (Hypotheca) rerum mearum et fide instrumenti presentis finaliter responsurum. In cuius rej certitudinem ac firmamentum presentem cedulam sigillo patruelis mej Al. liberi de Waldegg nec non sigillo Nobilis dominj Alberti Comitis de Haigerloch uoluj communirj. Acta sunt haec in Waldegge. Anno dominice jncarnationis M⁰. CC⁰. LXXII⁰. In festo Lucie Virginis.

V. d. Orig. in der Pfarr-Registratur zu Eutingen. An der Urkunde hängt nur noch das Siegel des von Waldeck. Das ziemlich große runde Siegel von rother Masse auf grauer Unterlage zeigt in dreieckigem Schild ein (Malteser-) Kreuz. Von der Umschrift sind nur noch wenige Buchstaben (S . . . . . Ab . . gge) zu lesen.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

64.

13. Sept. **1273** o. O. Albrecht, genannt Randal von Wurmlingen, verzichtet unter den Siegeln des Grafen Albert von Rotenburg und der Bürger von Tübingen auf seine Ansprüche an Weinberge in „Randal" gegenüber von dem Kl. Kreuzlingen, welches ihn hiefür mit **6** Pfd. Heller entschädigte.

Uniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Albertus dictus Randal de Wrmeringen. eterne uite premium sempiternum. et noticiam supscriptorum. Nouerint vniuersi, quod ego maligno Concitatus spiritu venenoso consilio et toxicate suggestioni quorumdam acquieui, super eo videlicet, quod viros religiosos .. Abbatem et conuentum Monasterii de Cruzilino iuxta Muros Constantie de vineis sitis in fundo qui Randal nuncupatur prope winolfshain, et de quodam Stipendio prependali, siue prebenda sine causa. nullo iuris auxilio suffultus inpugnaui, tandem inductu salubri consilio bonorum hominum ad manus Fr. plebani Montis in wrmeringen. procuratoris Monasterii predicti remisi et cessi totaliter omni actioni quam male concepi super vineis prefatis siue prebenda. semoto prorsus omni scrupulo fraudis et doli promittens insuper fide data, prestito et corporali iuramento, vt Monasterium iam dictum super premissis vineis et prebenda deinceps non inpetam nec ab aliquo procurem. inpugnari. Verum quia lites labores requirunt et expensas, et pro malis discordie res multe pereunt et pro bonis concordie res minores recipiunt incrementum, ideo ad pacem me contuli cum predictis ... Abbate et conuentu, assignatis ab ipsis et traditis ad manus nostras sex libris hallensium, pro cessione litis antedicte. Vt autem hec firma permaneant presentes litteras Sigillis venerabilium dominorum .. Abbatis in Bebinhusen, et Al. Comitis de Rotenburc nec non Ciuium de Tuwingen Conmunitas memorato Monasterio in testimonium duxi conferendas. Data et Acta Anno domini M⁰. CC⁰. LXX⁰. IIJ⁰. Indiccione. I.ª. Idus (sic!) Septembris.

V. d. Orig. im Kreuzlinger Archiv.

3 Siegel hängen in leinenen Säckchen eingenäht an Perg.-Bändchen. Das erste länglich rund, das zweite dem Anfühlen nach ganz zerbröckelt, das 3te rund scheint gleich dem ersten noch erhalten. Hinten von vielleicht gleich alter Hand die Aufschrift: pro Randal in Nekergo de Wurmling.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

65.

11. Okt. 1273 o. O. Berthold „nobilis“ von Mülhausen gibt seine Zustimmung, als Schultheiß Marquard von Eßlingen aus der Verlassenschaft des C. von Plochingen (O.A. Eßlingen) einen Wald mit Grund und Boden kauft, und verbürgt sich namens der Söhne des von Plochingen für den Verkauf.

Nouerint vniuersi praesentium inspectores, quod nos Bertoldus Nobilis de Mulhvsen emptionem factam per Marquardum Scultetum de Ezzelingen pro pueris C. de Plochingen super quibusdam lignis et fundo titulo proprietatis praesentibus approbamus, obligantes nos in fideiussionem quod quandocunque dicti pueri ad annos discretionis peruenerint, dictam emptionem ratam habeant et dicto M. et heredibus suis cum omni iure propriis manibus resignent. In hujus testimonium praesentes dicto M. et suis heredibus dedimus sigillj nostri munimine roboratas. Datum et actum anno domini M. CC. LXXIIJ. proxima feria quinta ante Gallum.

V. d. Orig. im St.-Archiv zu Stuttgart. Mit dem gut erhaltenen Siegel des Ausstellers. Umschrift: † S. Bertoldi d. Mvlhusen.

66.

1273 o. T. Haigerloch. Graf Albert „in Rotenburch“ und sein Bruder Graf Ulrich „in Hohenberch“ sind mit Anderen zu Haigerloch Zeugen, als Berthold „nobilis“ von Falkenstein (O.A. Sigmaringen) das Eigenthums-Recht an einen Hof zu Engstlatt (O.A. Balingen) dem Kloster Offenhausen schenkt.

In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Bertholdus nobilis de Falkenstein vniversis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris noticiam subscriptorum. Tenore presentium constare uolumus, quod nos attendentes in omnibus huius mundi diuitiis, nichil melius obseruari quam ea que in celestes thesauros per manus pauperum transmittuntur! quam ob rem proprietatem curie in Engeslat, que ad nos hereditario iure spectare dinoscebatur, cum omnibus pertinentiis suis de consensu heredum nostrorum in remissionem peccatorum nostrorum conventui sanctimonialium in Offenhusen liberali donatione contulimus perpetuo possidendam, quam emerunt scilicet curiam prelibate moniales pro Eberhardo in Ihelingen. Ne igitur in futurum contra hanc nostre donationis paginam ueniatur, presentem litteram cum subscriptione testium pretaxato conuentui nostro sigillo et abbatis in Zvivildea tradimus roboratam. Acta sunt hec in Haigirlôz

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

anno domini M⁰. CC⁰. LXX⁰IIJ⁰. presentibus testibus Comite H. in Furstenberch et comite Alberto in Rotenburch et comite Wlrico in Hohenberch, Hugone in Werstein, Richardo, Hugone de Sunthain, Burchardo de Thierberch et Hainrico fratre suo, Wlrico de Almeshofen, Bertholdo de Owen et Hainrico ibidem.

V. d. Orig. im St.-Archiv zu St. Das allein noch anhängende Siegel des „nobilis" von Falkenstein zeigt auf dreieckigem Schilde einen Hirsch mit liegendem Geweih, der auf 4 Bergspitzen steht.

67.

3. Apr. 1274. Rotenburg (an der Tauber). König Rudolf überträgt Graf Albert von Hohenberg, seinem Schwager und lieben Getreuen, die Schirmvogtei des Kl. Ursberg.

Rudolfus dei gracia, Romanus rex semper augustus. clarissimo viro comiti Alberto de Hohenberch sororio ac fideli suo carissimo gratiam suam et omne bonum. Imperatorie dignitatis dyademate ac manus ceptrigere insigniis renitentes. dum etiam mentis nostre secretarium subintramus, reuoluentes quid vncio, quid ceptrum, quid corona regia significet, diuinitus nobis data, in sacre delibucionis oleo, quo armi nobis regii sunt peruncti, clemenciam ac misericordiam in afflictos pariter et attritos exercendam, in corona preeminenciam, in ceptro defendendi oppressos, per fortitudinis dexteram intelligimus, colligimus ac perpendimus euidenter. Ea propter cordi nobis est, omnes Romano subjectos imperio, presertim autem eclesias ac eclesiasticas personas ab insultibus maleficorum protegere, ad reprimendamque peruersorum versuciam, consurgere toto posse. Sane honorabiles viri, Prepositus et Conuentus de Vrsberch in nostre maiestatis presencia constituti nobis humiliter supplicarunt, quod cum racione aduocacie nobis in eorum monasterio cum omnibus suis attinenciis et iuribus conpetentis ad specialem tuicionem, defensionem et proteccionem, ex debito teneamur, ipsos cum suo monasterio tue deffensioni conmitti cum omnibus suis attinenciis defendendos, ab incursibus malignorum. Nos itaque iustis et piis ipsorum supplicacionibus inclinati tue fidei puritatem, duximus presentibus exorandam, regia tibi nichilominus auctoritate mandantes, quatenus antedictos prepositum et conuentum ac eorum monasterium, homines ipsorum, possessiones, bona mobilia et inmobilia, nec non omnia ad ipsum monasterium pertinencia manuteneas, protegas, et defendas, nec permittas ipsos ab aliquibus molestari. Exhibiturus ipsis nichilominus fauorabiliter et benigne, conplementum iusticie, si

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

contra aliquem tue dicioni subditum coram te aliquam proposuerint accionem. Datum Rodenburch. iij. non. aprilis, regni nostri anno primo.

V. d. Orig. im Reichsarchiv zu München. Zwei Einschnitte für die Pergament-Pressel. Die Siegel selbst fehlen.

68.

10. Nov. 1274. Herrenberg. Graf Burkard von Hohenberg gibt seine Einwilligung, als Ritter Rudolf von Haiterbach einen Hof in Schwandorf sammt einer Gült von demselben an das Kl. Kniebis verkauft.

Nouerint vniuersi presencium inspectores: quod Ego Rudolfus miles de haiturbach vendidi, vendo et me vendidisse confiteor Burchardo Sacerdoti prouisori Ecclesie Sancte Marie in kniebůz Constantiensis dyocesis nomine dicte Ecclesie recipienti et ementi redditus Trium maltrorum siliginis et Quinque maltrorum auene et quatuor maltrorum Speltze cum Curia mea sita in Swandorf uf deme Buhele, quos quidem redditus habeo et habui hactenus in Curia antedicta, pro precio Decem librarum Tvwingensis monete, quod precium totum confiteor presentibus me recepisse et michi numeratum esse totaliter, excepcioni non numerati precii, doli et in factum beneficio restitucionis in integrum; et quo deceptis venditoribus ultra dimidiam iusti precii subuenitur, et generaliter omni excepcioni seu auxilio, quo jnuari (juvari) possem aduersus contractum huiusmodi aut presens instrumentum in posterum omnino renuncians. Dictam quoque Curiam cum redditibus antedictis Burchardo memorato vendo, trado et me tradidisse confiteor pure liberam et absolutam ab omni census honore seu eciam seruitutis, et eius Curiae seu reddituum secundum consuetudinem regionis contra quemcumque personam constituo me warandum. Insuper ego Mehtildis filia quondam Hermanni militis dicti Crevwel, vxor Rudolfi antedicti. Nos quoque albertus, diethericus, Rudolfus, Hermannus, willeburgis et adilheidis filii et filie Rudolfi predicti, hanc vendicionem et singula suprascripta ratificamus, confirmamus, et omni juri nobis in dicta Curia et redditibus competenti seu eciam competituro in posterum ex quacumque causa renunciamus pure et simpliciter et illud in manus Burchardi prefati transferimus recipientis et ementis nomine Ecclesie antedicte. In cuius rei testimonium et Robur perpetuum sigillo venerabilis viri domini Burchardi Comitis de Hohenberg presentes litteras duximus roborandas. Nos quoque Burchardus Comes de Hohenberg predictus premissam vendicionem et donacionem in modum prehabitum fieri concedimus et ratam habemus, et nostri Sigilli munimine confirmamus. Actum et datum aput Herrenberg. Anno domini

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Millesimo CC⁰Lxx⁰. Quarto. In vigilia beati Martini Episcopi, presentibus domino friderico Sacerdote de Haiterbach, domino volmaro milite de Haiterbach, domino Dietherico milite de Haiterbach, Cvnrado de Swandorf, vlrico villico dicto vf deme Buhele, Heinrico dicto Busche de Swandorf, Alberto dicto Bockelin, Dieterico de Bozsingen, Sifrido dicto Ortlin, Hermanno fabro, . . fabro de altheim, walthero de Bilhachingen, Johanne de Ihelingen et aliis fide dignis. Testes vero resignacionis seu confirmacionis predictorum facte a domino Burchardo Comite de Hohenberc predicti. Item alii albertus miles aduocatus de welnhusen, Bertoldus, Notarius Comitis de Horwe et villicus frater suus, et aliis pluribus fide dignis.

V. d. Orig. im St. Archiv zu St. Das Reitersiegel von grüner Masse ist bis auf die Hinterbeine des Pferdes und einige Stellen der Umschrift sehr gut erhalten, und sehr erhaben ausgeprägt.

69.

31. Dez. 1274. Kirchberg. Gr. Albert von Hohenberg gibt seine Zustimmung zu einem Vermächtniß der Wittwe eines seiner Dienstmannen an das Kl. Kirchberg.

Ad perpetuam memoriam subscriptorum Ego Albertus dej gratia Comes de Hohenberc tenore praesentium notifico, quod Agnes relicta Hugonis dicti Boiehart ministerialis nostri assumens habitum regularem in Kilperch res suas in villa wildorf, quas pro donatione nupciarum praedictus Hugo maritus suus sibi tradidit, praenominato Monasterio in Kilperch tradidit de Consensu meo jure perpetuo possidendas, ita uidelicet, si suus puer, quem reliquit in seculo, priusquam etatis legitime annos inpleuerit, morratur (sic!). Quod si post mortem predictj infantis heredes ipsius existentes in seculo praetaxatas res habere uoluerint, memorato conuentuj in Kilperch uiginti marcas puri argenti omni cessante contradictionis scrupulo dare debent. Testes horum qui presentes fuerunt, sunt Burchardus dej gratia Comes de Hohenberch, frater meus, Vlricus, fridericus, pincerne de Nagelt, Volmarus, Bertoldus, milites de haiterbach, Rudolfus et Dietericus milites de haiterbach, Werner miles dictus Cimmerlin, Petrus miles de Tetingen, Reinhardus miles de vitingen (i.e.witingen), Henricus scriba, Henricus villicus et Henricus filius suus, Walterus de A(e)rgacingen, Wol. dictus Griner, wal. filius Siffridi, ciues in Horw

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et alii quam plures. Actum in Kilperch anno domini M⁰. cc⁰. LXXIIIj⁰. In die beati Siluestri pape.

Von d. Orig. im St.-Archiv zu Stuttgart. Das in ein Säckchen von rother Seide eingenähte Siegel scheint zerbrochen zu seyn.

70.

31. Dez. 1274 o. O. Albert von Gottes Gnaden Graf von Hohenberg gibt Zinsen und Gülten von seinen Besitzungen in dem Dorfe Gruol (O.A. Haigerloch) als Pfründe für Agnes, Wittwe eines seiner Dienstleute, welche in das Kloster Kirchberg eingetreten war.

Ad honorem dei omnipotentis et laudem intemerate matris eius Ego Alberthus dei gratia Comes de Hohenberg deuotioni condependens (sic!) Agnetis sanctimonialis in Kilchperg relicte quondam Hugonis dicti Boichart, ministerialis nostri, de possessionibus nostris jn uilla Grůrn redditus duarum librarum et quatuor solidorum Tuwingensis monete, jtemque vndecim maltrorum et vnius modij puri grani et quinque modiorum Siliginis venerabilibus ac deo dignis priorisse et conuentui dominarum in Kilperg in predicte Agnetis subsidium libere tradidi sub proprietatis perpetue titulo possidendos. Ita videlicet quod de molendino sito iuxta ecclesiam predicte ville due libre Tuwingenses dentur annis singulis, de curia uero Cůnradi dicti yrmesun woluoldus eiusdem filius suique in ipsa Curia heredes nouem maltra tritici et quatuor solidos Tuwingenses in festo Martini soluendos dabit. De curia uero Otilie werner predicti woluoldi frater decem quartalia tritici totidem siliginis soluet.. (?)jungo et werner frater suus dicti Richer decem quartalia tritici ac totidem siliginis dabunt annuatim predictis morientibus rusticis, uel alias non existentibus insoluendo qui eorum successores in possessionum nostrarum tentione (sic!) fuerint prefatos redditus prememoratis soluent jugiter dominabus. Sane memorata priorissa et conuentus in Kilchperg se presentibus fideliter obligarunt, quod si forte tempore procedente pretaxatos redditus emere voluero, eos pro XXV marcis argenti puri vendere debeant absque dolo.

Testes qui huic interfuerunt donationi sunt Burkardus Comes dei gratia frater meus, Vlricus, fridericus milites de Nagelt, Volmarus, Berchtoldus, fratres, Itemque Růdolfus, Dietericus milites de Hayterbach, Petrus miles de Tetingen, wernherus miles dictus Cimerli, Reinhardus, miles de Berstingen, Hainricus notarius et alij quam plures. Actum anno dominice incarnationis M.CC. LXXIIIj⁰. In festo siluestri.

Kirchberger Copial-Buch Fol. 153.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

71.

16. April 1275. Reutlingen. Graf Albert von Hohenberg gibt mit seinen Brüdern B. und Ul. die Zustimmung zu einer Schenkung an das Kloster Heiligkreuzthal.

Nos albertus comes de Hohemberg. Judex provincialis recognoscimus et publice profitemur quod f. dictus Zimbel duas hůbas sitas apud Haiterbach cuius dominium et proprietas ad nos et fratres nostros karissimos B. et Vl. spectabat, per manus nostras et nobis consencientibus libera voluntate Haidewigj conuerse contulit sub hac forma, ut easdem hůbas ad claustrum siue cenobium, in quo habitum assummeret religionis traderet propter deum, quod etiam fecit, premissas hůbas claustro sev cenobio religiosarum dominarum de valle sancte crucis, ad quod se vouit presentibus personis fide dignis et ydoneis conferendo. Datum Rutelingen proxima feria tercia infra festum pasche. Anno domini M⁰. cc⁰. Lxx. v⁰. Indictione vᵃ.

B. d. Orig. im St.-Archiv zu Stuttg. Es scheint an der Urkunde ursprünglich ein Siegel gehangen zu haben.

72.

4. Mai 1275 o. O. „Daz Grafe Albreht von Hohenburg globt het vnd globt die burger von Strazburg von dem schaden ze ziehende, der in von Heinrich von Kaltwilre oder sinen fründen geschehen möhte."

Nouerint Vniuersi presentis cedule inspectores, quod nos albertus comes de Hohenburg promittimus et ad hoc presentibus sollempniter obligamus, quod si heinricus Kaltwile uel aliquis amicorum suorum unquam ciuibus argent. dampnum uel molestiam intulerit in personis seu rebus uel inferri procurauerit pro eo quod ijdem ciues ipsum tenuerant captiuatum, Nos ipsos ciues de hoc absoluimus ac indempnes reddere promittimus per presentes sigillo nostro in testimonium communitas. Datum anno domini M⁰. cc⁰. Lxx⁰. quinto in vigilia ascensionis domini.

Cartularium der Stadt Straßburg (aus dem 14. Jahrh.) Fol. 230.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

73.

24. Febr. **1277.** Horb. Dietrich von Haiterbach, Ritter, verkauft mit Willen seines Herrn, des erlauchten („jllustris") Grafen Burkard von Hohenberg, Heinrich, genannt Notar von Jhelingen (O.A. Horb) nebst Familie um **36** Pfd. Heller an die Johanniter zu Rexingen (O.A. Horb).

Notum sit omnibus presentium inspectoribus tam presentibus quam futuris, quod ego Dietericus miles de Haterbach confiteor presentibus recognoscens, me cum plena uoluntate et consensu domini mei B. jllustris comitis de Hohenberg Hainricum dictum notarium de Jhlingen cum liberis suis et eorum successoribus et cum Machtild vxore... dicti ungericht conuentui ecclesie sancti Johannis jn Rexingen pro triginta et sex libris monete Tuwingensis justo uenditionis titulo tradidisse, quam quidem pecuniam accessi et confiteor recepisse me, renuntians omni juri. Eiusdem testes qui huiusmodi uenditionis interfuerunt sunt: dominus volmarus de Haterbach, Fr. dominus molendinator de Jhlingen, milites, Vol. pinguis, B. notarius de Horwe, Gebhardus de Dumgelingen, et alij quam plures fide dignj. Per cujus rei euidentiam et robur firmum ego prememoratus Dietricus tradidj presentes prescripto conuentui in Rexingen sigillorum jllustrium comitum videlicet B. de Hohenberg et Ottonis palatini de Tuwingen munimine roboratas. Datum anno dominj millesimo ducentesimo septuagesimo septimo in foro Horb ante hospitium dictj (?) Ocilij. In die sanctj Mathiae apostolj.

Von einer Abschrift in der „Jahrgerichtsordnung" zu Rexingen v. 1596.

74.

3. Mai **1277.** Calw. Kraft, Abt von Hirsau, verkauft um **176** Pfd. Heller einen Hof in Pfrondorf (O.A. Nagold) an Berthold, genannt Löthe, Vogt in Bulach.

In nomine domini Amen. Omnibus hunc contextum indagantibus Nos Crafto divina providentia Abbas Monasterii Hirsaugiensis cum toto ibidem capitulo declaramus publice profitentes quod nos anno domini M⁰. CC⁰. LXXVII⁰. festo inventionis Sancte Crucis debitorum pondere fatigati presenti consideratione quam plurimum utili, Bertholdo advocato in Bülach dicto Lœthen suisque heredibus curiam nostram in Phlundorf ac bona alia quecunque nostra ibidem homines etiam nostros

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tunc in dicta villa residentes eorumque posteritatem cum omnibus dictorum bonorum attinentiis, exceptis tantum hominibus nostris illis, si qui forte aliunde post diem presignatum ad villam prefatam se transtulerint residendo, pro summa CLXXVI librarum hallensium vendidimus libere universali capituli de consensu, quia summam eandem nostro Monasterio fructiferam satis recognovimus et salubrem..... fore, memoratus Lœtho advocatus ob divinam et nostri Monasterii caritatem cautione nobis fidejussoria Bertholdum dictum Luppen, Br. de Schoenenbrunne, Br. dictum Meisener, et Hr. Wolfeshirn tradidit obligatos, ut quandocunque, receptis fructibus unius anni de bonis eisdem, nos infra triennium a termino prenotato bona ipsa nobis petierimus reemenda prelibatus Br. Lœtho ac sui heredes eadem nobis non denegent immo nostro Monasterio sine contradictione omni pro eadem summa offerant libere penitus reemenda. Si autem triennio peracto non satagerimus bona eadem reemisse, advocatus Lœtho et sui heredes ipsa perpetuo jure proprietatis possidebunt, exactiones sive stipendia et redditus tamen in bonis sepetactis et hominibus secundum antiqui juris ordinem sub animarum suarum periculo petituri, nichilominus H. dictus Voeseler cultor diutinus Curie presignate et duo ejusdem filii Curiam ipsam sicut a Monasterio Hirsaugiensi hactenus possederunt ab advocato Lœthone et suis heredibus de cetero jure simili possidebunt. Sane si forte de bonis sepefatis impetitionem ullam dictis Lœthoni seu ejus heredibus quis movere temptaverit infra spatium anni unius, nos contra omnem hominem et universitatem in parte et in toto ubique promittimus de bonis eisdem esse Warandos, et si quid dampni vel expensarum ex hoc ipsos contigerit nostrum debebit Monasterium supportare. Sed cum predicti Lœtho scilicet et sui heredes in perpetuam bonorum antedictorum possessionem plenius ire voluerint, si quos redditus invenerimus ulteriores in bonis presignatis qui per summam prelibatam non fuerint persoluti, ita quod redditus unius libre decem librarum pretio sint soluti evoluto prenotato triennio nobis integraliter persolvantur a predictis. In horum evidentiam et probationem securam utrumque sigillum nostrum tam Abbatis quam conventus Monasterii Hirsaugiensis presentibus est inpensum. Testes horum sunt in conventu nostro Vollandus prepositus in Alersbach, Gotfridus prepositus in Rotha, C. prepositus in Burbach, Ruggerus quondam Abbas. Item Hermannus viceplebanus in Bulach. Fridericus viceplebanus in Wilperg. H. Cappellanus dominarum in Ruethi. Trugelinus Viceplebanus in Gilthelingen. C. dictus Willehelen. Trutwinus de Calwe. laici et alii fide digni. Actum aput Calwe die prescripto.

Nur das Siegel des Abts mit der Umschrift: Abbas Hirsaugiensis und dem Krummstab hängt noch an.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

75.

11. Mai 1277. Reutlingen. Graf Albert von Hohenberg ertheilt seine Zustimmung, als das Kloster Hirsau sein Dorf Pfrondorf (O.A. Nagold) an Bertold, Vogt von Bulach, verkauft.

Albertus Comes de Hohenberg Judex prouincialis vniuersis praesentium inspectoribus salutem cum noticia subscriptorum. Vniuersitatem vestram nosce volumus praesentium per contextum, quod vendicio ville dicte phlundorf cum suis pertinenciis uniuersis per honorabiles viros.. abbatem et conventum de Hirzowe viro prudentj Bertoldo dicto Loithe aduocato de Bůlach facta de nostra processerat voluntate et libera permissione, promittimus etiam bona fide nos debere dictum B. in premissis bonis defendere et tuerj. Datum Rutelingen proxima feria tercia post ascensionem domini. Indictione quinta.

V. d. Orig. im St.-Archiv zu Stuttgart. Mit einem kleinen Bruchstück von dem bekannten Reitersiegel des Grafen.

76.

21. Juli 1277. Wien. Lehnbrief, womit Friedrich, Erzbischof von Salzburg, die Söhne des römischen Königs Rudolf, Albrecht, Hartmann und Rudolf, mit den seinem Gotteshause anheim gefallenen Lehen belehnt, sowie mit jenen, welche Herzog Ulrich von Kärnthen dem Erzbisthume abgetreten hat.

Testes huius ordinacionis seu collacionis sunt venerabiles fratres domini, videlicet Perhtoldus Babenbergensis. Chunradus Frisingensis. Petrus Patauiensis. Heinricus Tridentinus. Heinricus Basiliensis. Ditricus Gurcensis. Johannes Chyemensis. et Wernhardus Seccouiensis. Ecclesiarum Episcopi. Ac honorabiles viri et domini. Ludwicus Illustris Comes Palatinus Reni, Dux Bowarie. Albertus Dux Saxonie. Fridericus Purgrauius de Nvrenberch. Hainricus Margrauius de Hahperch. Hugo, Comes de Werdenberch. Eberhardus Comes de Habspurch. Comes Albertus et Purchardus fratres de Hohenberch. Hainricus Comes de Furstenberch. Thibaldus Comes de Pfirreto. Ludwicus Comes de Honberch. Eberhardus Comes de Chatzenellenbogen. Heinricus Comes de Friburch. Otto Comes de Brannenburch. Perhtoldus Comes de sancto Monte. Gotfridus nobilis de Brunekke. Crafto de Hohenloch. et alij quam plures fide digni. In quorum etc.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Datum et Actum Wienne. Anno ab incarnacione domini. Millesimo. Ducentesimo. Septuagesimo. septimo. XII⁰. Kalend. Augusti.

Orig. Pergam. im K. K. g. H. H.- u. St.-Archiv in Wien mit 2 Siegeln in Wachs.

77.

1277 o. T. u. O. Graf Burkard von Hohenberg schenkt an das Kl. Reuthin den Kirchensatz zu Ober-Jettingen (O.A. Herrenberg).

A. 1277 vbergibt Burchardus d. g. comes de Hohenberc den kilchensaz zu oberyettingen gen Rüti jnns closter, sincera pietate pro remedio animae nostrae et dominae nostrae Lugardis et puerorum nostrorum et dilectissimorum fratrum nostrorum Alberti et Vlrici d. g. comitum nobilium de Hohenberc et progenitorum nostrorum. Siglen neben jm baide seine fratres et Otto comes palatinus de Tuwingen.

Gabelk. Collect. I. Fol. 63 ᵇ. MSC. im St.-Archiv. — Fol. 1271 ᵇ. T. III. setzt er hiezu folgende „testes: Albertus, Hugo, Heinrich aduocati de Wellenhusen.“ — Das Repertorium Reuthin hat S. 52 hierüber folgende Notiz: „In einer alten Registratur über des Kloster Reuthin Doc. geschieht noch folgender alten nimmer vorhandenen Urkunde Erwähnung: 1277 Uebergab Graf Burkards von Hohenberg, das Jus patronatus zu O. J. anlangend — In nomine S. et individue trinitatis.“

78.

1277 o. T. Nagold. Graf Burkard von Hohenberg befiehlt auf Erfordern des bischöflichen Offizials von Constanz seinen Unterthanen und namentlich den Bürgern von Haiterbach unter Androhung seiner Ungnade, das Kloster Heiligkreuzthal im Besitz seiner Güter bei Haiterbach zu schützen.

Nos Bvrkardus comes de Hohinberc tenore presentium constare uolumus vniuersis, nos literas Officialis Cvrie Constantiensis recepisse in hvnc modum. Officialis cvrie Constantiensis Nobili viro B⁰. Comiti de Hohinberc salutem in domino sempiternam. Cum nos in causa que uertebatur inter dilectas in Christo.. abbatissam et conuentum vallis sancte crucis ex vna et fridericum dictum Zimbel ex parte altera.... sentenciam super possessionibus sitis in Haiterbach, quas colit Berchtoldus vf dem harde et dictus fruhte pro.. abbatissa et conuentu supradictis duximus promulgandam, vobis mandamus (preces monitoribus et mandatis nihilominus super addentes), quod prefatis abbatisse et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

conuentui in ipsis possessionibus fauorem et beneuolentiam exhibeatis, cum dictus fridericus coram nobis sententie acquiescere et possessiones predictas recognouerit fore debitas abbatisse et conuentui memoratis. Dat. etc.[1] Igitur mandata auctoritate ordinaria nobis ut patet in premissis (interdictum ..... nolumus nec audemus, predictum formidantes et in quantum possumus uitare volentes) vniuersis ac singulis in nostro districtu existentibus et precipue ciuibus in Haiterbach sub obtentu gratie nostre duximus precipiendum, quod abbatissam et conuentum vallis sancte crucis in possessionibus ipsorum sitis apud Haiterbach, que iuste et rationabiliter, sicut in instrumentis ipsorum super hoc confectis vidimus, per sententiam sunt adiudicate, auctoritate nostra manuteneatis ac pro posse defendatis, quia quidquid boni uel mali ipsis in hac parte fueritis, nobis factum esse reputamus. In huius rei euidenciam litteras presentes sigillo nostro duximus sigillandas. Datum Nagelt anno domini Mill⁰. cc⁰. LXXVIj⁰.

V. d. Orig. im St.-Archiv zu Stuttgart. Das beschädigte Reitersiegel des Grafen zeigt denselben rechtshin galoppirend, mit dem Schwerdt in der Rechten und dem Hohenberger Schild (dessen unterer Quertheil gestrichelt) an der linken Seite, der auch auf der Decke des Pferdes am Halse und Hintertheil zu sehen ist. Auf dem Pergamentstreifen, an welchem das Siegel hängt, steht von gleich alter Hand: S. Bvrchardi Co.

[1] M⁰. cc⁰. Lxx. sexto. nach der Urkunde der „iudices eccl. Const." (St.-Archiv).

79.

3. Mai 1278. Marchthal. Gr. Albert von Hohenberg, Landrichter, gibt Hermann und Friedrich von Algershofen (O.A. Ehingen), Zinsleute der Kirche in Schwenningen (bad. Amts Meßkirch), an das Kloster Marchthal.

Universa calumpniae praevenitur materia, cum res gesta voce testium, et litterarum testimonio comprobatur. Nos ergo Albertus Dei gratia Comes de Hohenberg Judex provincialis notum facimus universis praesentes litteras inspecturis, quod nos venerabilibus dominis, Praeposito et Conventui monasterii martellensi (sic!) Ordinis Praemonstratensis concedimus et donamus advocatiam nostram, et omne jus et dominium, quod nobis competijt vel competere videbatur in Hermannum et Fridericum Fratres de Algershoven, vulgariter dictos Mager Friderichs Sůn, ratione advocatiae quam habemus in Ecclesia de Swenningen cuius sunt homines censuales, volentes et mandantes, ut idem Praepositus et Conventus nomine nostro et Successorum nostrorum quorumcunque eosdem videlicet Hermannum et Friedericum manuteneant et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

defendant, ad Servitutis iugum habeant, ad imperandum, ad disciplinandum, et quicquid placuerit faciendum, ita videlicet quod Si fugam fecerint de ipsorum Servitio quomodolibet exeundo, ubicunque ipsos invenerint iniectionem manuum in ipsos habeant, et Sine omni nostrarum (sic!) contradictione, quicquid voluerint, facient, et disponent, cum ipsis etiam hoc licitum sit exemptione propria eorundem revocantes expresse et in totum omne jus et dominium, advocatiam, Seu ipsius concessionem, quod vel quam inique obtinuit B. miles de Stain, B. filio Suo Seu filiis Suis per nos factam, Suggesta falsitate, et tacita veritate. Unde ne qua in posterum possit oriri calumpnia sed stabilis et firma sit haec nostra concessio et donatio praesentes litteras Sigillo nostro Sigillatas praedictis — Praeposito et Conventui tradimus in testimonium praemissorum. Datum et actum in Ecclesia martellensi anno Domini MCCLXXVIII. feria tertia in Inventione Sanctae Crucis praesentibus venerabilibus viris domino Heinr. Comite de Veringen, Swenigero milite de Lichtenstain, manegoldo milite de Hornstein, Renhardo de Palhain (?Talhain), magistro Ruperto de Ezzelingen et aliis quam pluribus fide dignis.

Von einer beglaubigten Abschrift im St.-Archiv zu Stuttgart.

80.

24. Juni 1278. Hagenau. Pfalzgraf Ludwig bei Rhein, die Grafen Albert von Hohenberg, Eberhard von Katzenelnbogen und Friedrich von Leiningen verbinden sich mit den Städten am Rhein zu einem Landfrieden, und insbesondere gegen Erhebung neuer und ungerechter Rheinzölle.

In nomine domini amen, Ludewicus dei gracia. comes palatinus Reni dux Bauwarie, Albertus de Hohenberc, Eberhardus de Kazzenelnbogen, Fridericus de Liningin, comites, Moguntinenses, Argentinenses, Basilienses, Wormatienses, Spirenses, Columbarienses, Slezestasienses, Hagenaugenses, Wizenburgenses, Openheimenses, Pingitienses, Wisalienses, Bobardienses, Frakenfordienses, Geilenhusenses, Frideburgenses, Wetflorgenses, ciues, Ad noticiam vniuersorum litteris presentibus uolumus peruenire, quod nos attendentes et considerantes inconstanciam rerum humanarum apud ciuitatem Hagenaugiam conuenimus jbidem propter honorem dei et gloriose virginis matris sue, nec non ob reuerenciam sacri Imperii pacem sanctam et generalem. clara fide et hunanimi consensu conpromisimus, a festo penthecostes nunc preterito per biennium contra quoslibet violatores sancte pacis ac dolo sue malicie ipsam infectantes, conseruare et gubernare, uiribus et posse in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quantum ualemus, procedere eciam manu ualida nobis fauente diuina clemencia, contra omnes qui thelonia inconsueta et iniusta super alueum Reni recipere uolunt, hoc adiecto quod omnes siue religiosi siue seculares in Reno descendentes et ascendentes, de rebus suis secundum quod taxauimus et statuimus communi consilio apud Maguntiam et (sic!) Bobabardiam, summam proporcionaliter sue pecunie in subsidium et in defensionem pacis ministrabunt ut eo potencialiter et liberaliter, ipsos in corpore et rebus ac pacem predictam defensare ualeamus, omnes uero rebelles et inobedientes hiis statutis et conpromissis a sancta pace et nostra defensione penitus eicimus et excludimus, dampna singularia incurrunt et ipsis prouenire inde poterunt per nos nec nostro adiutorio uindicabuntur. In testimonium, et robor omnium premissorum presentibus nostra sigilla sunt appensa, Actum et datum Hagenaugie anno domini. M⁰. cc⁰. lxx⁰. octauo die beati Johannis Baptiste.

Von dem Orig. im Stadt-Archiv zu Straßburg; in dem Cartularium daselbst findet sich (Fol. 111 b.) eine nur unbedeutend abweichende Abschrift davon.

81.

25. Juli 1278. Eßlingen. Bertold, „nobilis" von Mülhausen und dessen Gemahlin Agnes vermachen auf ihr Absterben an das Kl. Bebenhausen einen Hof in Zuffenhausen.

Bertoldus nobilis de Mulhvsen, vna cum bona voluntate et consensu Agnese vxoris sue, curiam suam sitam in Zuffenhvsen, monasterio conuentus in Bebenhusen ob reuerenciam gloriose virginis Marie et in remedium et salutem animarum suarum post mortem suam tradunt et erogant, libere et pacifice vtendam cum omnibus attinentiis perpetuo et possidendam. Hac conditione adiecta, quod vno eorum defuncto, alter superstes, quamdiu vixerit, eandem curiam habeat pacifice et quiete, quo defuncto, ad predictum monasterium sine vexatione cuiuslibet perpetuo deuoluatur. In signum autem huius libere donationis singulis annis vnum modium siliginis de prefata curia antedicto monasterio presentare ordinauerunt nomine census. Testes autem, qui huic donationi presentes fuerunt, sunt hii: Al. decanus de Gruningen, camerarius de Mulhvsen, Bur. prior, Fr. et Fr. cellerarii de Bebenhvsen, Cv̊nr. et Heinricus ac Al. conuersi ibidem, R. de Kalwe, dominus Egeno de Eichelberc, C. dictus Techelin, R. dictus Rêze, H. dictus Hvsgenôze, et Heinr. nomine ciuium in Ezzelingen. Datum et actum aput Ezzelingen, in die beati Jacobi apostoli.

Orig. in Karlsruhe. Abdruck in Mone Zeitschrift III, 330. Das Siegel in grünem Wachs ist rund mit dreieckigem Schilde, in welchem drei Mühlhauen (Mühleisen zum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Schärfen der Mühlsteine) übereinander. Von der Umschrift ist nur Weniges in einzelnen Buchstaben übrig. Nach einer spätern Urk. v. 11. März 1281 heißt dieselbe: † S. B. DE MVLHVSEN . ADVOCATI . AVGVS(TEN)SIS.

Gabelkh. I. Fol. 249 b. hat zu 1380 die Notiz: „in der undern Kirchen zu Mülhusen am Neckar das Wappen mit den 3 rothen Mühleisen in weißem Felde, wie es auch die Herrn v. M. gefürt."

82.

8. Dez. 1278. Herrenberg. Heinrich und Friedrich, gen. die Sailer, schenken ein Gut („mansum") bei Nagold, das Lehen von dem erlauchten Gr. Burkard von Hohenberg, und ihnen erbsweise von ihrem Oheim, gen. Giltoberg, angefallen war, an das Kl. Reuthin.

In nomine Sancte et jndiuidue Trinitatis. Ad veritatis stabilitatem firmiter perpetuoque tenendam, ne vetustate temporum seu aliqua malignorum hominum dolosa machinatione possit obnubilari, scripto memorie commendamus et tam futuris quam praesentibus notum fierj satagimus, quod nos Heinricus et Fridericus, dictj Sailer, spontanea uoluntate ac libertate nostra omnimoda tradidimus et donauimus mansum nostrum situm apud Nagalt ex parte dilectj f. awunculj nostrj obitus dictj Giltoberc ad nos jure deuolutum hereditario Sancto Nicolao, priorisse et Conuentuj jn Ruthj apud wilperc, quod ab jllustri domino B. Comite de Hohenberc nomine feodj possedimus, habendum, tenendum et jure perpetuo possidendum, promittentes donationem ex parte nostrj factam apud jam dictum Comitem promouere, renunciantes eciam omni juri canonico seu ciuilj, per quod donatio praenotata ex parte nostrj uel heredum nostrorum per successionem temporis possit impedirj. Acta sunt hec apud Herrenberc jn foro, anno dominj M⁰. cc⁰. Lxx. VIIj. indictione VIj. feria quinta proxima post Nicolaj. Praesentibus hiis testibus D. Sculteto, et f. et D., filiis suis de Herrenberc, Sw., milite de Ôndingen, f. de Nippenburc, H. dicto Lûpe, f. de foro, Judicibus et aliis quam pluribus fide dignis. Et ne super hiis in posterum ab aliquibus ambiguitatis oriatur scrupulus, presentem cedulam in testimonium sigillo vniuersitatis in Herrenberc ipsis contulimus communitam.

V. d. Orig. im St.-Archiv zu Stuttgart. Mit dem zerbrochenen Siegel der Stadt Herrenberg, auf welchem indeß die Tübinger Fahne noch deutlich zu erkennen ist.

Universitäts- und
